



H. XIII. 10.

Listen
Novo Jacin.

937. III

• 31 • 11 •





Henrici Nicolai

1. de Multiplicitate Res facta.
2. Tr. de Contradictionis Natura et Principio.
3. Tr. de Oppositione Enunciatorum.
4. Panoptia Liberalis Tabellis representata.
5. Disyllabio Magnetica.
6. Tr. de Notitiis naturalibus.
7. Tr. de Cognitione humana unice, duabus Exercitationibus comprehensa.

D. O. M. A.

De

Adle 9

CONTRA- DICTIONIS

Naturâ & principio,
TRACTATUS SINGULARIS,
Philosophico-Theologicus.

In quo & quid Contradictio propriè fit, ostenditur, & principia ejus ac fundamenta eruuntur, certissima & generalissima esse ostenduntur, eoq; & in Theologicis adhibenda, totaque Materia exemplis maximam partem Theologicis illustratur, & de eorum veritate vel apparentiâ disceptatur.

AVTHORE

HENRICO NICOLAI,

Ph. & Theolog. Apud Gedanenses Professore.



Gedani. Typis GEORGII RHETII.
Anno M. DC. XLIII,

2.

Syllabus sectionum hujus Tractatus.

SECTIO PRIOR, De Contradictione in genere, ejusq̄ fundamento, principio, & attributis. Posterior, de Contradictionis speciebus, & Contradictione Terminorum.

Syllabus Exercitationum hujus Tractatus.

- I. De Contradictionis sede & definitione.
- II. De Contradict: definitione & requisitis.
- III. De Contrad. affectionibus.
- IV. De attributis & ipso principio Contradictionis.
- V. De Principij Contrad: Veritate, primitate, generalitate.
- VI. De respectivis affectionib. & speciebus Contrad:
- VII. De Contrad: Terminorum definitione & divisione.
- VIII. Et ultima, de Contradictione terminorum apparente.

HENRICO NICOLAI

Phil: Theolog. Acad. Gedanensis

Prof: Publicus

Georgii Typi. Geor. Ruetii

Anno M. DC. XLIII.

OOOO
OOOO
OOOO

Dn.

Q

pfa d
quear
arces
tuâ in
favor
ctator
Boeot
batur
xias el
tum n
rem c
lacion
enerv
que n
scord
Hypa



Viro Nobili atq; Amplissimo,

Dn. JACOBO HILLEBRANT,
Civi Gedanensi primario, & literarum
Patrono singulari,
S. P. D.

QVam Tu eximiè ac præclarè de literis merearis, *Hillebrande, Vir Amplissime*, si exempla ab olim non suppetant, quæ ostendant, ipsa dierum, quæis degimus, experientia edocere queat. *Tot elegantia ingenia*, superas volitare per arces valentia, sed egestate repressa, munificentia tuâ incitata, nutrita, conservata. Literis aversos favore tuo conciliasti: cum desperatione conflictatos in spem & successum animari fecisti. Nec Boethiæ fecis ex hominib. judicium calculis probatur, quo aut *inutiles* Rebuspubl. literas, aut *noxias* esse existimatur. Quibus se mancipare, vel totum nihil esse, vel rebus gerendis animum impari conciliare, censetur. Quippè inanibus speculationibus mentem per eas defigi, ac virile robur enervari, non adjuvari. Intricandæ impediendæque mortalitati vias aperiri, ut contentionibus discordabile ingenium in diversa trahatur, ut non Hypanis Veneto magis dissidere Euridano queat.

Prudentioribus plerumq̄s sequiū̄s sentitur, ac salutem & emolumentū literis se debere profitentur. Res ipsa, si hominum testimonia exfulent, evidente documento fidem negotio conciliet. Vix status, ætas, aut vitæ genus est, Cui à literis non auxilium, emolumentum, ornamentum, Adolescentiam alere, senectutem oblectare, secundas res ornare, adversis perfugia ac solatia præbere, domi delectare, foris non impedire, pernoctare nobiscum, pergrinari, rusticari eas, jam olim Romani parens eloquij notoriè vulgavit. Si Ecclesiastica in exemplum ducamus, & plebes in cultum numinis formanda, cœlo apparanda, in spirituale sacerdotium, & gentem DEO gratam concinnanda, mysteriis fidei initianda, non nisi à spiritualium gnaris subsidium speratur. Si justitia ministranda, Rei q̄ publicæ aut privatæ casibus subveniendum, frustra consilium ab inscitis reposcitur, in quorum capacitate id non reperitur. Quippe, quos ad parendum, non imperandum, natura conformavit. Nisi Socratis novare querelas allubescat, qui mirari se ajebat, quòd calceum nemo suendum committeret, nisi quem accommodatè id præstare posse censeret: Respublicas tamen gubernandas incuriosi mortales illis designarent, qui, quid imperare esset, nunquam didicissent. Imperitos autem rebus admovere. Jura culpæ adscribunt, L. Quod si, D. d. Aed. Ed. Si valetudo variat, & manus ægri pertractanda, vena-

na-

naru
sciti
igna
qui d
dici
conf
quan
inter
delti
artic
ravit
tege
Gra
tia,
duci
dive
ctur
cupa
ne li
rei q
dem
tent
teris
nafa
se co
terd
meli
fruc

narum pulsus ac momenta pertentanda, non nisi
scitissimi in iudicium adsciscuntur. *Navem agere
ignarus navis timet, Abrotanum agro non audet, nisi
qui didicit, dare. Quod Medicorū est, promittunt Me-
dici, ait Satyricus.* Pessimè secus securitati vitæ
consuletur, & vana imprudentium medicatio, ini-
quam mercedem ex supervacuâ curationis mora
interdum captantium, spe & successu ad ultimum
destituetur. Ac, ut *Aresias*, dum laboranti dolorem
articulorum inscius mederi voluit, eundem aspe-
ravit: Sic hic evenire potest. *In bellicis*, quid stra-
tegematum, historiarum, priscæque *Romanorum,*
Græcorum, Germanorum, Persarum, militiæ noti-
tia, commodare queat, nostri seculi experientia in-
ducibus nonnullis demonstravit. Idem enim sub
diverso tempore in orbe geritur, & quod olim a-
ctum, hodiè exemplum esse potest audendi, oc-
cupandi, perficiendi. Adeò parum in humanis si-
ne literis profici sentiunt prudentes; ac vix magnæ
rei quidquam geri, Cui non ab illis subsidium. Ea-
dem Te mecum, *Vir Amplissime*, concordare sen-
tentiâ, & prudentia tua docet, quâ egregiè de li-
teris semper censuisti: & tot in literatos effusa be-
nefacta clamant. Quorū, ut Te non poenitere pos-
se constat, quidquid in obversum à malevolis in-
terdum, omnia in peius interpretantibus, cum in
melius, ut *Christiani*, deberent, proijciatur: Ita
fructum à DEO amplissimum indè expectare fas

est. Quod in præsens publico hoc præloquio contestari, constitutum fuit, & in patrocinium tuum simul præsentem de Contradictione Tractatum commendare. Eum Te æquiore, ut literaria munera soles, vultu ad specturum nihil dubito. Musas autem egenorum studiosorum ut porrò gravi hoc Martio furore detonante, ac magnâ verorum Mæcenatum penuriâ, favore tuo in Dei gloriam, & Rerum publ. usum, animare velis, etiam atque etiam rogo. DEVS & Pater Dn. nostri Jesu Christi, benefactis tuis, quib. Musas concilias, æternitatem conciliet, & ut elapsum hunc Ecclesiasticum annum felicem hætenus decurrere indulsit: Ita sequentem cum magno futurorū numero pari beatitudine in pace Tibi impertiat. Vale, *Vir Amplissime*, & in literarum favore feliciter persiste. Gedani. E Gymnasio Nostro. Pridiè Calendas Decembris. Anno M. DC. XLIII.

Dignitati Tue

Addictissimus

Henricus Nicolai,

Gy. Pro. Pub.

LECTORI BENEVOLO

Salutem.

HAbes, Lector benevole, post reliquos de Pane, Esse alicubi, Multipræsentia finiti, *Tractatus*, & hunc de Contradictione, eadem fermè cum cæteris curâ elaboratum, in quo *Natura* ejus, principium, fundamentum, affectiones, & species partitè distincte q² discutiuntur. *Materia* nec multis satis tractata: & ob usum, quem in varijs habet, tractari digna est. Quæ de Enuntiatorû Contradictione dicenda fuerunt, quia sat multa sunt, ad peculiarem Tractatum de Oppositione Enuntiatorum, remittere visum fuit, ne præsens nimia mole excresceret. Tu Lector, utere, fruere eo, & si vspiam declinare à vero me reperis, amicè in viam reducito. B. V. Deo ac Verbo gratiæ ejus ex animo commendatus. Et pro me preces apud Deum cum meis conjungito.

Ad l. 1. t. 3. hac adijciantur. Dicitur ibi, Contradictionem Naturæ ac Vniuersi regno ex parte addicendam esse. Hoc de Contradictione illâ virtuali accipiendum, quâ uterque realis & actualis aliquis terminus est, in Naturâ rerum fundamentum habens, Vbi unus alterius Contradictionem virtute q. continet. Vt, causa vel Causatum. Hoc est non causa, & vicissim. Necessarium & Conting. Cont. est non neces-

ecessarium, & vicissim. Et sic consequenter. V. l. 2. t. 27.
Formalis Contradictio alterius termini in infinitum
negatio est, l. 1. t. 22. 41. seq. l. 2. t. 7. 8. 25. Qualis in
Naturæ regno realiter non est, quia negatio est, cum
realiter ea sint, quæ absoluta negationes non sunt.

Ad l. 2. t. 42. hoc adijciatur. Dicitur ibi, proces-
sionem in DEO secundum actionem in agente ma-
nentem fieri, ut cum generans, generatus, & spi-
ratus DEUS dicitur. Actio in agente manens hacten-
us hic intelligenda, quod extra DEUM ejusq; esse
ad Creaturas talis actio non transeat, & termine-
tur. Vt creatio, justificatio, redemptio. Aliàs generatio
Patris terminatur in filio Dei, qui inde genitus, &
spiratio in Spiritu S. qui inde spiratus dicitur. Vtra-
que tamen in DEO sine respectu externo ad Creaturas
terminatur & denominatur.

Hæc Te, Lector benevole, non nescire volui.

De cætero utrumq; nostrum DEO Op.

Max. commendo.

Erratis veniam, LECTOR AMICE, dabis.

S E
De



ex aduer-
dam terr
Aegyptio
teraria R
piunt, m
mili mod
quando, C
Pro grati
um, pran
pote. H. S
Qui com
sire cog
et velis,

DE
Naturâ & principio Contradictionis
TRACTATUS SINGU-
LARIS.

SECTIO PRIOR.

De Contradictione in genere, ejusq;
fundamento ac principio.

EXERCITATIO I.

De Contradictionis sede & de-
finitione.

THESIS I.

Respond:
Michaelē
Rurockio.
Dantisc.
Beruffo.



Tolomæo Lagi filio, Aegypti Regi,
contigit, ut in Aegyptum duas res aliquando no-
vas adduceres, Camelum & hominem bicolo-
rem, atrum ac album: gratiam se subditorum rei
nova aspectu initurum existimans. Sed illi plerazq;
ex aduerso ceserunt. Ad Cameli conspectum Panicum quen-
dam terrorem, ad hominis intuitum risum & cavillationes
Aegyptiorum est expertus. Haud parum Universis, qui de li-
terariâ Republicâ scriptis in publicum editis mereri percu-
piunt, metuendum, si magna parvis tenuare modus liceat, ne si-
mili modo scriptis suis publico emolumento seruituris eveniat,
quando, quot humanâ lateant sub imagine pestes, considerant.
Pro gratiâ, quam à legentibus expectent, irrisionem, amore odi-
um, pramiis sannas ac calumnias ut indispiscantur, contingere
potest. Seculum nostrum ut est, calumniarum abundè est.
Qui commentari aliquid instituat, multos Rhadamantos exspe-
ctare cogitur, in quos incurrat. Quibus si quis moveri aut terre-
ri velit, nihil agat, & illud, *ἀπὸ τοῦ βίου*, arripiat, Sed quod
terrere

terere debet, commodius est, ut interdum in stimulum cedat, & ad pergendum instiget, Spartamq; semel nactam ulterius exornandam. Id Nos jam acturi sumus, ac post præcedentes Tractationes, Miscellanenea, Logicalia repetita, de Pane, Esse alicubi, Multipræsentiâ finiti, peculiarem de Contradictionis naturâ tractatum subtexere instituemus. Sive omnibus ad palatum nostra eveniant, sive secius contingat, parum interdum in curam admittendum erit. Dum Veritatis viam, quâ licuit, diligentiam inuestigârimus, & Publico usui, quâ commodum est, litaverimus, præmio, Conscientiâ attestante, contenti agere queamus. Iam ipsam Contradictionis materiam, sæpius in disceptatâ occurrentem, alius ingestam, ab aliis negatam, Bono cum DEo expediâmus, inq; ejus naturam, principia, modos, attributa, & species, specialius curam aliquam insumamus.

2. Dari Contradictionem in intellectus operationibus, Nemo, Cui rationalis operatio cognita, dubitandi causam habebit. Exempla è vulgo haurire licet, quomodo in Contradictiones passim delabatur, aggestis interdum conutis, & è verbis ad manuum conversiones decurso, Scriptura attestatur, Christum in signum, cui contradicturni sint impij, positum iri, Luc. 2. v. 54. Paulo Antiochie docenti in Synagogâ contradixerunt Zelotæ Judæorum, & blasphemârunt. Act. 13. v. 45. Stephano nō poterant in sufficientiâ contradicere quidâ de Synagogâ, ut maximè vellent, cū redarguerentur ab Viro sapientiâ ipsorū longè supergresso, Act. 6. v. 10. Jehova Saræ se risisse neganti contradicebat, Omnino, dicens, risisti. Gen. 18. v. 15. Alia Contradictionum exempla Gen. 42. v. 10. II. 12. I. Sam. 15. v. 19. 20. Act. 18. v. 6. Esai. 65. v. 1. Jerem. 44. v. 16. 17. Rom. 10. v. 21. Heb. 12. v. 3. alibiq; vide. Quidam ex Vetustioribus Oppositionē omnem sustulerunt, vel omnia vera esse ponentes,

ut Protagoras, & qui hunc secuti sunt, Sophistæ, bonam causam malam, & contrâ, sese efficere posse jactantes: Vel omnia falsa esse asserentes, ut ij, qui à dubitatoribus Academicis initium sumpserunt, & maximè Sceptici & Pyrrhonicis: Vel universa incerta esse, & vix perquirenda asserentes, ut Socrates, Arcefilas, Democritus, Anaxagoras, Empedocles, cum totâ Academiâ novâ & sequacibus, qui id unum se scire dicebant, quòd nihil scirent. De his Hildenus in l. d. interpret. p. 58. Plutarchus l. de plac. Philos: Cicero r. Acad. qu. §. 31. videantur. Post Aristotelis tempora hæ sententia ut plurimum exoleverunt, certitudo rerum quarundam constituta, & principium certitudinis infallibile, Contradictionis, quo aliquod esse aut non esse, non simul utrumq; esse posse, asseritur, in disciplinas assumptum usq; applicatum fuit. In quo hodierna temporum sententia similiter acquiescit.

3. Sed cum dari eam constet, Ubinam maximè in disciplinis tradenda sit, quæri possit? Spectari potest Contradictio, vel ut est dissensio ac repugnantia aliqua in ipsis rebus radicata: Ita Naturæ ac Universi Regno addicenda erit, quod universa, qua in eâ sunt, complectitur, interq; alia dissensiones ac oppositiones rerum. Ita non Philosopho vel Theologo, aut ulli alij disciplina tractanda fuerit, sed naturæ ipsi, rationi, ac naturali intellectui committenda, Deoq; potius, quàm studio ali cui humano adscribenda erit. Hac ratione etiam à Naturâ cognosci poterit, sine Philosophiâ, non sub istis quidem formis ac notionibus, quas ars invenit, excoluit, digessit: sub illâ tamen & cum istâ materiâ, ex quâ artes fundamenta ejus hausserunt. Ita & rusticus ac indoctus de Contradictione noverit, & si verminum artis ejusq; leges non nôrit. Sic novit, impossibile esse, ut ali- quid sit simul, & non sit, v. g. agellum suum pluvîâ irrigari, & non

irrigari, fructus suos bene succrescere & non succrescere, & si sub formâ & titulo Contradictionis id non novit, nec sub regulâ istâ, Contradictoria nequeunt simul vera esse: Vel ut distinctè ex rebus ipsis eruitur, tanquam species aliqua diversitatis & oppositionis in rebus ipsis fundata, & in speciali rerum generalissimarum disciplinâ proponitur, explicatur & discutitur.

Hoc modo ad Metaphysicam pertineat, quando in doctrinâ identitatis & diversitatis, & oppositio, tanquam modus diversitatis assignatur, & inter oppositionis species & Contradictoria, tanquam oppositionis negativa species præmaria, adducitur ac pertractatur. Est enim diversitas actualis vel distinctio ab alio propriè entis absolutè in se sumpti affectio non sit, cū ei accidentaria sit, ut ex aliorū cōexistentiâ, vel quâ rem vel quâ conceptum nostrum se habente, orta, quæ entis ut sic per accidens est: Potentialis tamè & distingui posse, verū ejus attributū est, entis per se competens, quamvis secundariò, quia unum esse, non multa, ipsi competit, inq̄, eo fundamentaliter radicatum, ut nil sit, quod non vel cum alio collatum ab eo distingui postulet, vel sibi ipsi comparatum distinctionem aliquam, vel rei vel rationis nostra, admittat: Vel ut materialiter in inferioribus rebus æquantiatur de illis formatis, occurrit. Ita cuilibet disciplina Contradictiones in illis materiis, quas ipsa tractat, assignabuntur. Ita in Ethicis Ethica, Phy: Physica, Theolog: Theologica, Medicis Medica Contradictiones in suis materiis assignari poterunt: Vel ut modus ejus formalis in ratione attenditur, quomodo à ratione ritè formari, adverti, resolvi, infringi, aut si apparet quandoq̄ sit, conciliari debeat. Ita ad Logicam spectabit, Contradictionis naturam evolvens, hæc enim rationales operationes universas explanat, inter quas & Contradictio reperitur. Hoc modo maximam partem indagatori præsentis subjacebit. 4. Ita

4. I
ostende
quæ ver
num doc
affirma
ponit, &
aut singu
dictionis
contradi
quæ de Co
& alij vo
v. S. 5, n
mini Co
ca, sed se
Logica.
& instru
principa
Quia aut
versarij
patebit, s
ad decisio
tionis N

5.
rationis
principi
servare, e
Canonib
materia
dictio aliq
uit, In

Exercitatio I.

5

4. Ita de Contradictione aliquã judicabit Logica formaliter ostendendo formam Contradictionis, leges, requisita, & quæ verè Contradictoria sint. *Hac enim formas propositionum docet, & quæ forma secum pugnent, quæ minùs, ostendit. Quæ affirmans, quæ negans sit, Universalis, particularis, singularis, proponit, & quid affirmare universaliter, aut negare particulariter aut singulariter, decidit.* Ex quibus omnibus forma Contradictionis æstimatur. De ipsis rebus oppositis & veritate contradictionum, *quanam inter eas vera, quanam falsa, adeoquè de Contradictione materiali, quam in adjecto Hornejus & alij vocant, ut cum termini simul inconsistentes conjunguntur, v. S. 5. materialiter judicabunt illæ disciplinae, è quibus termini Contradictionum sunt desumpti.* Interdum & Logica, sed secundariò & per accidens, si materia vel quæstio sit Logica. Prius *judicium est formale, notionale, rationale, & instrumentale: Posterius reale, materiale, objectivum, & principale. Vt pluribus alibi deductum. Dec. 1. Misc. d. 5. t. 9.* Quia autem tota res partim inter Nostrates, partim cum Adversarijs variè est *Controversa, & in seipsa intricata, ut S. 8. patebit, sequentibus adhuc monitis & constitutionibus via ad decisionem pleniorẽ paranda est, Cum ex professo Contradictionis Naturam discutere constiterimus.*

5. I. Judicium materiale de Contradictione aliquã rationis iudicio committendum erit, si materia Naturæ ac principijs ejus subjecta fuerit, *quæ hætenùs ratio ex Naturã observare, eruere, excolere, proponere, certisq; notionibus vestita ac Canonibus & axiomatibus inclusa, exhibere potest.* Hic, ubi materia ipsam comprehendit, aptissimè etiam, an *Contradictio aliqua in eã admittatur, observare, notare, & judicare poterit. In hoc cum dissentientibus nullus nobis dissensus intercurrit.*

2. Si res prorsus supra naturam fuerit, & ratio per principia Natura eo assurgere, aut in notitiam ejus devenire nullâ ratione possit, præter judicium formale, de quo ante dictum, etiam materiale aliquod non decisionis, sed discretionis, ab eâ sumi etiam in divinis materiis potest, quatenus ratio sufficientes characteres proponit, quibus falsitas connexionis predicati & subiecti manifestissima fieri, & sic veritas connexionum in rebus aperiri & judicari potest. Sic ratio discernit, an enuntiatio sit affirmans, an negans, an Categoricum, an hypotheticum, necessarium vel contingens, finitum vel infinitum: statuit principium Contradictionis, de quovis vera est affirmatio aut negatio, Et impossibile est aliquid simul esse & non esse. Ita judicat, an enuntiatio aliquod simul affirmet & neget, an affirmatio & negatio ejusdem de eodem simul in eo sit, h. e. vitio & imperfectione contradictionis laboret. Et præter rationis judicium nihil aliud de Contradictione judicare potest. Ac nisi à ratione hic subsidium sumatur, nunquam aut committi poterit Contradictio, aut agnosci & judicari, aut resolui & vindicari. Si enim ratione careremus, nullam rationalem operationem, ne quidem in Theologis, obire possemus. Qualis & illa, Contradictionem aliquam in mysticis ab Aduersario commissam advertere, diiudicare, refellere, &c. Ita interventu rationis ejusq; judicij discernitur in materia aliqua, terminis, enuntiatis, an in illis affirmatio & negatio ejusdem de eodem sit, an secus? Si prius, Contradictio esse judicatur. Si posterius, vera enuntiatio altera.

3. Ratio ex sui luminis principiis etiam de Contradictione in Controversiis circa mysteria fidei seu enuntiatis, opinionibus & interpretationibus de fide, seu circa ea, ut in disceptationem hominum veniunt, (nam in ipsis mysteriis fidei secundum se nulla vera est contradictio, adeoq; ratio nihil ali-

aliud, n
dictione
esse affeq
firateip
formati
tura repe
cognition
poterit, s
in divini
esse, ex i
essentia
sita term
in creat
simile an

6.

Contra
ditare, h
jus princ
at: aliud
tem coun
ia judicio
alicujus
ni judici
quens jud
ventu ju
gnoscen
ri soler: R
DEO in
tia haben
& restim

Exercitatio I.

7

aliud, nisi negativè hic judicabit, non esse scil. in mysticis contradictione, ut f. I. de Oppos. En. t. 102. videbimus, Et ratio deũ veracè esse assequi ex se potest,) judicare potest; sed de veritate aut falsitate ipsarum rerum judicare non potest, nisi ipsis materiis informata fuerit. Ita ex ipsis judicabit, non ex principiis, qua in Natura reperit, & ex eà educit. Si prorsus nullam materia mystica cognitionem habueris, de veritate ejus aut falsitate judicare non poteris, secundum illud; De ignotis non judicat prætor.. Sic in divinis trinum personis unum esse essentiã, sine Contradictione esse, ex ipsã Trinitatis materiã judicare poterit ratio, quòd essentia divina, ut infinita, unitate & simplicitate plura supposita terminare possit, qua finita non nisi multiplicitate. Vnde in creatã materiã nullam Trinitatis inductionem, exemplum, vel simile adequatum satis, sed aduersa omnia reperit.

6. 4. Aliud est, veritatem aut falsitatem alterutrius Contradictionis decidere, vel veritatem sententiarum suppeditare, hoc in mysticis ex Scripturã faciendum, non ratione aut ejus principiis, qua ex se & per se ista ignorat, nisi ex Scripturã eruatur: aliud, an in enuntiatis Contradictio occurrat, & veritatem connexionum in sententijs ostendere, Hoc à ratione & Logica juditio sumendum. Veritas enim connexionis est veritas alicujus habitudinis rationalis in rebus applicata, & sic rationis judicio omninò subjacet. Nec unquam Sp. S. in Scripturã loquens judicium de Contradictione pronuntiabit sine interuentu judicij & principiorum rationis, ac sine potentiã cognoscente. De priori certã ratione verum est, quod passim oggeri solet: Rationem in divinis esse coecam, stultam, auersam, DEO inimicam, ignorantem, nihil eorum scire, pro stultiã habere, sub obsequium fidei captiuandam esse, ad legem & testimonium nos ablegari, principia seculi confundi, multa
ratione

rationi contradicentia in Sacris verissima haberi, Etiam in naturalibus intellectum esse coecum, corruptum, distortum, non posse in divinis iudicem agere, Mystica rationem ejusq; captum superare, & qua similia passim hic congeri solent, qua de veritate ipsorum mysteriorum procedunt: Sed nihil hoc ad veritatem connexionum in sententiis pertinet, ad quam refertur Contradictio, & de ea ex ratione & per eam faciendum iudicium. 5. Sive Contradictio sit directa & aperta, quam formalem quidam vocant, ut *Petrus est doctus, Petrus non est doctus*: Sive indirecta & operata, qua vel in terminis oppositum involventibus, ut *homo irrationalis, lignum ferreum*, vel enuntiatis sensum repugnantem importantibus, qualia in Theologicis saepe *Contradicentia* vocamus, ut *Purgatorium peccata venialia expiat, Et solus sanguis Christi emundat ab omni peccato, utriusq; iudicium a ratione sumendum erit*. De directa res constat. Indirecta *directam* implicitè in se continet, in quam sensus ejus resolvi potest, & sic a ratione iudicari.

6. Contradictio nunquam in rebus fidei in se spectatis asseritur, sed ut in nostram interpretationem, *explicationem*, & controversiam veniunt, ut §. 5. notatum. Vbi ergo de *Contradictione* iudicandâ quaeritur, de nostris interpretationibus aut *Controversiis* quaeritur. In his *Contradictionem* *panis Aduersarius, Nos negamus*. Hoc & ex Scripturâ realiter, & an ita sit, an secus, a ratione ejusq; iudicio expediendum formaliter & discretivè. Sic in Trinitate *Contradictionem* ponit Photinista. Nos *inesse negamus*, & ex rationis iudicio *diversis respectibus unum & trinum dici asseveramus*. Haecenus beneficio rationis ejusq; iudicij interuenientis, etiam in Theologicis, *en Contradictio ad sit, inquirimus, discutimus, assignamus, aut negamus*. Sine ratione nihil horum prestare possemus.

Et si Ad
pothetia
dogma
tic, ita
dei eiq; par
ratio.

nitate ut
secundum
sacris reve
iudicio in
hoc vel il
iudicium
& mater
rationi in
tima & e
Absolute

& circa v
in Theol
1. Quia r
ritas con
auxilio eru
cium ergo
tinet, a ra
& constru
locum ha
nuntiation
vel in my
plus non s
di potest.
iudicari p

Et si Adversarius non ut articulum fidei, sed ut hypothesein & explicationem nostram Contradictionis argueat dogma nostrum; Ut tamen illud Scripturæ consentit, ita ipsius Scriptura sensus est, & hæcenus articulus fidei eiq; par est, & sic in articulis fidei Contradictionem iudicat ratio. Sic etsi secundum opinionem Photinianorum de Trinitate ut de hypothesei & humanâ interpretatione disputetur secundum rem tamen & veritatem de articulo fidei clarè in sacris revelato disceptatur. 8. Aliud est, de ratione ejusq; iudicio in abstracto & formaliter loqui, præscindendo ab hoc vel illo homine, in quo est: Sic cujusvis Contradictionis iudicium à ratione sumendum; aliud, de eâ in concreto & materialiter loqui, ut in hoc vel illo homine est. Sic sæpè non rationi id committendum, quia in tali subjecto ratio non legitima & exulta, nec ad connexiones dijudicandas sufficiens est. Absolutè tamen rationi id competit.

7. His ita determinatis Rationi iudicium discretionis & circa veritatem connexionum in Contradictione etiam in Theologicis mysteriis committendum esse, probatur. 1. Quia non minus in enuntiatis de mysticis materiis veritas connexionis terminorum locum habet, & rationis auxilio eruenda ac dijudicanda est, ac de naturalibus. Et iudicium ergò Contradictionis, quod ad veritatem connexionum pertinet, à ratione in illis expediri poterit. 2. Quia ut inflexio & constructio vocum Grammatica etiam in rebus de fide locum habet, nec fidei res tollit: Sic & norma Logica enuntiationum, oppositionum, interpretationum, &c. 3. Quia vel in mysticis vera est Contradictio, & tùm mystica amplius non sunt: Non enim ea in illis est, & non esse à ratione ostendi potest, V. S. 5. Vel non est, & tùm hoc etiam à ratione iudicari poterit. 4. Quia si rationis iudicium hoc non erit,

vel Scripturæ, vel alterius facultatis in homine erit. Ac illa nunquam regulas connexionum, modos oppositionum, enuntiationum, tradit, ut nec modos flectendi & construendi voces, sed à Grammaticis & Logicis tradita materiis suis applicari patitur. E. nec quantum ad veritatem connexionum iudicium ejus esse potest. Nec alterius facultatis: Nulla n. alia intellectualiter aliquid indicare potest, quàm solus intellectus & ratio. 5. Quia ad rationem pertinet, judicare, an enuntiatio affirmet & neget idem de eodem formaliter sumpto, in qualicumq; materia id fiat. Impressum enim in naturam à DEO est, de quolibet vera est affirmatio aut negatio, & hoc iudicij rationis est. At hoc est judicare de Contradictione, E. & in divinis ratio eam iudicabit.

6. Quia principiis rationis uti licet in argumentis contra enuntiationem, quæ Contradictionis arguitur, & ostendere, non esse in eâ veram Contradictionem. E. & illis in iudicandâ Contradictione uti licebit, & sic consequenter iudicium rationis inde excludendum non erit. 7. Si rationi de eo judicare non licet, fenestra hæreticis & fanaticis quidvis reiiciendi panditur, & ad atheismum tandem præcipitatur. Semper enim ubi ad Contradictionem, immortum veritatis fundamentum, adacti fuerint, principia hæc rationis & naturæ esse regerent, quæ in divinis non stringant, & sic omnis modus infideles & hæreticos infallibiliter convincendi ademptus erit. Vide quæ §. 79. 80. contra fanaticos principium Contradictionis negantes sunt dicta. Item negationes rerum in infinitum extendi poterunt, nunquam importunus negator in Theologiâ sibi poterit, ut c. l. §. 81. deductum. At hæc sunt absurdissima. E. Contradictionem etiam in Theologico iudicabit ratio. Et sic proprium hoc ejus forum erit, ad rationem, ejus iudicium, & Logicam, provocare. 8. Judicare de

de Contradictione in divinis est *judicare* de notione & habitudine aliqua Logicâ in divinis adhibitâ, Verenè adhibeatur, an alienè. *As hoc iudicium omninò rationis est, cum præter eam nihil aliud de habitudinibus rationis in divinis applicatis, iudicare possit. Ergò.*

8. Diverfum hic sentitur à diversis, partim Nostratibus, partim Adversariis. Ex Adversariis Fanatici, Anabaptistæ, Svencfeldiani, Athei, in totum negant, de Contradictione aut ullâ re in Theologicis rationem iudicare debere, ut §. 79. seq. patebit. Ex Nostratibus similiter quidam in totum hoc iudicium rationi negant, ut illi, qui contrarias veritates introduxerunt, quorum c. 1. mentio facta est. Alij tamen moderatius procedunt, & Contradictionem formalem à ratione iudicari concedunt, sed materialem è rebus ipsis & realibus terminorum disciplinis, in quibus Contradictio esse videtur, censendam, ut Theologicam ex Theologiâ, Medicam ex Medicis, & sic consequenter. Hoc voluerunt illi, qui de Contradictione rerum Theologicarum rationem ex suis principiis iudicare non debere asseruerunt. Vide D. Selnecker, in recitat. Osiandrum ench. Cal. c. 1. q. 3. D. Mentzerum c. Sadeelem d. com. jdiom. p. 90. 91. D. Gerhard. meth. stud. Theol. c. 2. & Exeges I. 1. d. DEO. §. 199. & dif. 10. d. glor. DEI t. 9. Stegman. d. 2. Phot. qu. 3. D. Chemnit. in fund. Coen. c. 12. & d. perf. Chri. c. 32. D. Meisner. qu. gen. p. 1. P. f. Et d. attribut. fidei, t. 66. Et in confid. Theol. Photin. c. 4. p. 345. Hornejum d. proc. disp. c. 5. & Ja. Martini l. 2. pæd. Log. c. 4. Corn. Martini d. anal. form. c. 2. Calovium meth. Log. p. 445. D. Greberum dif. 11. Log. q. 3. D. Grauverum d. una verit. §. 5. pag. 18. aliosq. ubi quidam apertè ita se explicant. *Et in competente sensu id verissimum est, si iudicium decisionis de veritate aut falsitate rerum ipsa-*

rum intelligatur, ut § 4. s. movitum. *Has ratio ignorat, & sic judicare non potest. De veritate tamen & falsitate connexionum in rebus, judicium penes rationem esse ex antedictis evidens est.*

9. Objectiones quædam removendæ jam sunt, quibus solutis clarior lux materia, & certitudo sententia nostra major, concilietur. Dices 1. Sic ratio constituitur iudex rerum divinarum, quas ex se nec scit nec capit, imò impossibiles & absurdas judicat. At de ignotis nemo judicare potest. R. Negatur antecedens. *Non rerum divinarum, sed modorum quorundam & notionum rationalium in rebus divinis adhibitarum, ac connexionum in illis, iudex constituitur, quæ fororationis subjacent, adeoq; optimè ab eâ dignosci & dijudicari possunt. Res ipsas ignorat, & ex Scripturâ haurire oportet. Ideo aliud, veritas ipsarum rerum propositarum, aliud veritas notionum & connexionum in rebus adhibitorum, ut §. 5. seq. dictum. Sic Grammatica congruos loquendi modos etiam in & de sacris adhibitis dijudicat, quia illi subjacent hi, & optimè de illis judicare potest ea. Res ipsas divinas ob id, non judicat, quas ignorat. Connexiones in rebus mysticis, oppositiones, conversiones, enuntiationes, interpretationes, consecutiones, habitudines rationales in mysticis adhibitæ sunt, & sic cum de iis ratio judicat, non iudex divinarum, sed modorum rationalium in divinis adhibitorum constituitur. V. 1. 7. Hoc licitum, necessarium, & utilissimum.* 2. Ratio prorsus ignorat res Theologicas. E. ex se ipsâ de illis judicare non potest. E. nec de Contradictione in ipsis. R. Negatur Consequentia. *Res ipsas ignorat, & de rerum ipsarum veritate aut falsitate judicare non potest. Sed Contradictio aliqua in rebus non est res ipsa, sed habitudo rationalis in re applicanda, vel in eâ deprehendenda. Hac fori Logici est, & consequenter à rationis*

tionis jud
Theologi
Theologi
bito ipsi

IO

judicat,
Et sapien
nunquan
de illis ju
judicare
non ut o
sic stultit
tus, in q
ritus DE
nalis imp
cernis, ut
ne sunt,
noitius n
eas perti
pium &
inimicitii
dici lam
opus carn
Contradi
se in Scr
tipr. t. 2
mittenda
tradictio
qua reve
feri non
subitien

tionis iudicio iudicanda. Et sic cum iudicium Contradictionis in Theologicis rationi committitur, non iudicium de ipsis rebus Theologicis, sed instrumento aliquo Logico in rebus adhibito ipsi committitur, de quo ratio utiq. iudicare potest. V. l. 7.

IO. 3. Ratio res divinas stultitiam & impossibilia iudicat, ut Trinitatem, incarnationem, resurrectionem. Et sapientia carnis est inimicitia contra DEUM, Rom. 8. Et nunquam non sibi Contradictiones in mysteriis finger, si de illis iudicium ferre debeat. R. Ratio de Contradictione iudicare debet, ut naturalis, recta, & congrua adhuc est, non ut corrupta, vitiosa, cœca, & irrogenita præcisè est, sic stultitiam divina iudicat. Sic animalis homo, i. e. irrogenitus, in quantum formaliter talis, non percipit ea, qua sunt spiritus DEI, 1. Cor. 2. Et sapientia carnis est omne molimen carnalis impietatis, non autem operationes rationales, qua non sunt carnis, ut sic, sed luminis & iudicij rationalis, nec ab homine sunt, ut irrogenitus est, sed ut naturali intellectus lumine & notitiis naturalibus ab ipso DEO Creatore instructus est. Ita ad eas pertinet Contradictio, & de eo iudicat ratio, ut principium & lumen naturale, non ut opus carnis, i. e. impietatis & inimicitia contra DEUM est. Tale quid ratio & naturale iudicij lumen non est, nam à DEO ut auctore est, à quo nullum opus carnis esse potest, ut alibi copiosius docui. 4. Quæ rationi Contradictoria & impossibilia videntur, ea DEUM facere posse in Scripturâ traditur. Zach. 8. Luc. 1. Eph. 3. V. d. Multipr. t. 21. E. de Contradictione in divinis iudicare rationi permittendum non est. R. Quæ rationi videntur tantum contradictoria, reverà interim non sunt, ea DEUS potest. Sed que reverà sunt, ea absolutè sunt infactibilia, & talia, qua fieri non possint, ac proinde nulli potentia, nec divina, sunt subiicienda, ut S. 60. amplius patebit. Nec de talibus Scri-

ptura loquitur. Deinde posito, & hac DEum posse, non sequitur, iudicium Contradictionis in divinis rationi ob id adimendum esse. Cum non constet, de facto eum talia fecisse. Ex eo autem, quid DEus absolute possit, interim nunquam fecerit aut faciat, non ordinaria cognitionis rerum ratio mutanda est, quæ ex rebus prout sunt, sumitur, & si absolutâ potestate aliter fortasse esse possint. In rebus autem, ut sunt, Contradictiones ostendit ratio, deprehendere docet, iudicat, decidit. Ex absolutâ potestate DEI, qua in actum ducta nunquam fuit, ordinarium rationi iudicium, quod in rebus habet, abscindi non debet. Sic rationi non adimitur iudicium de naturalibus attributis & effectis hominis, & si absolutâ potestate alia forè ei conciliari possint, Quamdiu non demonstratum est, alia de facto ei conciliata esse, ut ob id rationis iudicium hic mutari necessum sit, nec locum habere possit. Quod in Contradictoris de facto, adhuc non est monstratum.

11. 5. Ratio non potest de articulo fidei ex suis principiis demonstrare, sic esse, ut docetur. E. nec de Contradictione in eo ex suis principiis iudicare poterit. R. Non est par Consequencia. *Vi doceatur, aliquid ita esse, prout docetur, res ipsas earumq. veritatem docere oportet.* Ratio autem res ipsas divinas earumq. veritatem non proponit, ut ante visum, sed ut de Contradictione iudicetur, veritates connexionum saltem notas esse oportet, quas Ratio ex suo lumine & regulis consequentiaram nosse, & consequenter iudicare potest. 6. Non potest ex ratione demonstrari, articulum fidei nihil impossibile includere. E. & ex ratione iudicari nequit, an Contradictionem involuat. R. Negatur antecedens. Omnino ex ratione ostendi potest, articulum nihil contradictoriæ continere, quia DEus mentiri, ac sibiipsi contradicere non potest. Vbi ergo verè aliquid revelatum in sacro, impossibile est, id

Con-

Contra
venit,
nullam
esse sub
& infin
xionum
quid esse
Contra
sunt ra
solvi, u
tudine
immo
ratione
connex
rerum
scientia
men et g
pe, argu
I
ratio, I
bebit,
possum
vinas ex
illu judi
est, res
siones j
tis, res i
ctiones
Gramm
cognitio
issa cog

Contradictorium esse. Deinde, ut articulus in controversiam venit, etiam ex ratione ostendi potest, connexionum veritates nullam impossibilitatem ac repugnantiam involvere. Sic tres esse substantias diversas in una numero essentia divina & infinita, ostendi potest, non precise repugnantiam Connexionum in tali essentia importare, si ex Metaphysicis notum sit, quid essentia, substantia, infinitum, &c, sit. Et sic etiam de Contradictione in eo ex ratione judicari poterit. 7. Non possunt rationes contra articulum fidei adductæ ita evidenter solvi, ut scientificè de earum solutione & articuli certitudine constet. E. nec de Contradictione in eo ex ratione immotè judicari poterit. R. Negatur antecedens. Possunt rationes contra fidem evidenter solvi, quantum ad veritatem connexionum ex ipsâ ratione: quantum ad veritatem ipsarum rerum articulo contentarum ex verbo DEI, ut licet habitum scientia rigidè dicta in homine non generent, analogum tamen ei generent, & eminentiorem eo, firma notitia fidei nempe, acquiescentis in autoritate verbi revelati.

12. 8. Si de veritate connexionum in divinis judicatur ratio, E. aliquo modo saltem ex se res divinas cognitivas habebit. Nam omninò sine rebus connexiones judicari non possunt, *verane an falsa sint.* At ratio nullâ ratione res divinas ex se notas habet. E. nec de veritate connexionum in illis judicare poterit. R. 1. Negatur sequela Majoris. Non opus est, res ipsas notas esse ex ratione, si connexio judicanda. Connexiones judicantur ex regulis connexionum à Logicâ propositis, res ipsæ ex realibus disciplinis. Sic inflexiones & constructiones vocum in rebus ejus, congruentia aut incongruentia ex Grammaticis judicantur & Syntaxi, citra ullam rerum ipsarum cognitionem, quibus sunt applicata, quæ nunquam ex Grammaticis cognoscuntur, sed realibus disciplinis. Idem est de Logicis habi-

sudi.

judiciis, Contradictionibus, consecutionibus, & similibus. V. S. 7. Haec judicari ex ratione possunt, ut maximè res ipsa ignorantur. Et ut constructiones, conjugationes, declinationes, inflexiones vocum, ex Grammaticis haurienda & judicanda in dissertationibus de rebus fidei, nec de fide sunt, nec ex fide dependent, nec ex principio fidei, Scripturâ, Sed Grammaticâ judicantur: Ita & oppositiones, consecutiones, ex Logicis sumptæ, & in rebus fidei applicata, nec semper de fide sunt, nec ex eâ dependent, nec ex principio fidei judicantur, sed suâ disciplinâ, à quâ proponuntur, Logicâ, etsi res ipsæ, in quibus consecutiones, oppositiones, & similia noëmata Logica formantur, articuli fidei, & sic de fide esse possint. Hæc omnia rectè discernenda sunt, ut probè monet Dn. Hornejus d. proc. disp. c. 5. S. 9. Non confundenda, nisi universa evertere velis. Is enim modus & mensura fidei est, ut non subtrahatur fidei, quod sub fide est, nec rursus attribuaturs fidei, quod sub fide non est, ut ex Durando loquitur. 2. Distingvenda etiam minor venit. Res divina quedam sunt meræ revelationis Scripturæ, ut Trinitas, Incarnatio, Christus, Redemptio, Creatio de facto esse in 6. diebus, Lapsus primorum parentum, passio, resurrectio Christi, fides in Christum, &c. Quædam sunt mixtæ revelationis, ut & ex Naturâ ex parte consent, ut DEUS, justitia, bonitas, veracitas, potentia, DEI, &c. Creatio de possibili, annihilatio, Resurrectio de possibili & probabili, Judicium futurum ex parte, & similia. Priores ratio ex se in totum ignorat. Posteriores in partem assequitur. Et sic ex hypothesi illorum scriptorum saltem in his de Contradictionibus Ratio judicare deberet.

13. 9. Non potest Contradictio judicari, nisi ubi res accuratè & sufficienter cognita, & penetrata fuerit. At divina obscurè & partialiter valdè cognoscimus. Imò in Na-

tura-

turalibus
Minus a
committit
ipsam su
connexio
& fallitate
animal, &
esse sufficie
realitates
vitas conn
& sufficien
xiomata c
tioni etia
vix cogn
pus est, s
ximè res
ret. 2. A
cognitum
tenti suff
connexio
dictionis e
sed nec hui
mittimus.
14. I
que reve
veler, & r
riculose
Multa vi
rum. Sed
sanum,
falsum.

turalibus ferè cæcutimus, ut omnes queruntur Phylosophi. Minus adhuc in divinis Contradictionem rationi judicandam committere tutum erit. R. Ut Contradictio judicetur, rem ipsam sufficienter cognitam esse oportet sc. quantum ad connexionem rerum, non autem quantum ad veritatem & falsitatem ipsarum rerum. Sic omnem hominem esse animal, & nullum esse animal, contrariè opposita enuntiata esse sufficienter ex Logicis judicare potest Logicus, etiamsi realitates hominis & animalis cognitæ non habeat. Ita veritas connexionum in mysticis rationi sufficienter est cognita, & sufficientia objecti cognoscendi, principia enim & axiomata connexionum sufficienter ex Logicis intellectus & rationi etiam in hac vitâ sunt cognita: & sufficientiâ potentia cognoscentis, quæ, quantum ad necessitatem judicandi opus est, sufficienter connexionum veritates cognoscit, ut maximè res ipsas & earum veritates non semper perfectè penetrat. 2. Aliud est, rationi in abstracto sufficienter aliquid cognitum esse: aliud, in concreto huic vel illi ratione utenti sufficienter cognosci. Potest rationi abstractæ veritas connexionum sufficienter esse nota, & hujus judicium Contradictionis esse dicimus: ut eidem concretæ multa ignorentur, sed nec huic præcisè judicium de Contradictione in divinis committimus. V. §. 5.

14. 10. Multa videntur Contradictoria in adjecto, quæ reverà talia non sunt, cum fides expressè ea revelet, & nos rerum essentias non satis penetremus. E. periculose ratio de Contradictoriis in divinis judicabit. R. 1. Multa videntur talia scil. nobis, vel huic aut illi: Verum, sed rationi abstractè sumptæ, ut lumen ea est rectum, sanum, aut omnibus etiam benè ratione utentibus, falsum. Sic nil ratio Contradictorium habebit, quod fi-

des revelat, & si hujus aut illius cerebrum & cogitatum Contradictoria crepuerit. Fides talia revelat quàm veritatem rei & sententia, & sic quia veritas, Contradictionem consequenter non admittit Ratio. Veritas connexionis in talibus enuntiationis ex ratione constat, & sic contradictione carere etiam ratio docet, cujus hætenus est de eâ judicium. Habet sanè Scriptura enuntiationes veritatem connexionum habentes: De hac tamen regulas, leges, præcepta, & modos non tradit, sed à ratione hi petendi sunt. Sic habet enuntiatas Grammaticè & congruè inflexa; constructa. Leges tamen & formas construendi à Grammaticâ sumes, easq; ex eâ judicabis.

2. Quod rerum essentia non satis penetrantur, judicium Contradictionis rationi non adimit. Multi fideles essentias non satis penetrant: Contradictionem tamen in illis non esse sufficienter judicare possunt. Error non ex ignorantia tantum essentia est, sed & abusu, ignorantia rationis, aut principiorum ejus pravâ applicatione. Vbi ratio recta est, judicium Contradictionis semper ab eâ hauriendum est, ut constructionis à Grammaticâ.

XI. Veritas connexionis in sententiis etiam ex Scriptura constare potest, cum enim in eâ habeantur, verissimæ connexionis judicantur, cum verissimè terminos connectat Scriptura. E. non opus, judicium hic à Ratione petere, & consequenter nec in Contradictione circa mystica. R. Et si Scriptura verissimè connectat; modos tamen & formas connexionum non tradit, sed à ratione hæc sumenda, & sic etiam Contradictio, qua in connexionione terminorum fundatur, Vt ante dictum. Et si enuntiatio aliqua occurrat, in qua Contradictio ponatur ab Adversario, nil proficietur, si à Scripturâ eam tradi dixeris. Principij petitionem esse dicet, à fide eam tradi, eò, quòd Contradictoria sit. Hic ad rationis ju.

dicium recurrendum, quæ non esse ibi Contradictionem docebit; quod requisita Contradictionis non adsint. Sic Corpus Christi in personâ verbi multiprasens esse Nos docemus. Reformati Contradictorium esse ajunt. Si neges ita esse, quod à Scripturâ & fide tradatur, questum peti dicent; hoc ipsum in quæstione esse, an tale Contradictorium enuntiatum à fide tradatur. Rationis Judicio determinandum, an requisita vera Contradictionis hic serventur, & consequenter verè Contradictorium enuntiatum sit. V. d. Multipræs. t. 97. Idem in hoc, Corpus Christi subsistit personalitate divinâ, agendum. Quod Photinianus pro Contradictorio & impossibili habet.

15. Satis de intricato questio illo, An Contradictionem judicare etiam in divinis materiis Logici ac rationalis fori sit? Ubinam in Logicis & in quâ Logices parte maximè de Contradictione præcipiendum, ampliùs hic queri possit? Contradictio non uniusmodi est, sed vel terminorum tantùm, vel totorum enuntiatorum, vel in discursu ejus aliqua applicatio, ut cum à Contradictoriis vel per ea processus aliquis argumentandi instituitur, vel ad Contradictoria quis redigitur, ut Tract. d. Opposit. Enuntiatorum §. 2. l. 2. patebit. Si in terminis consistit, ad partem primam, simplicem operationem exhibentem & dirigentem, pertinebit. Si in enuntiativis, ad operationem secundam, in quâ inter affectiones enuntiationum & Oppositio, & in hac & Contradictoria pertractatur. Si in discursu adhibetur, & vel Topicè à Contradictoriis arguimus, vel in Controversiâ legitime Adversario contradicere jubemur, aliudè ad discursum pertinens peragimus, quomodo in hoc Contradictionis usum aliquem esse c. l. l. 2. patebit? Ita ad tertiam operationem & argumentativam Logicæ partem talis circa Contradictionem operatio rationalis pertineat, eamq; vel To-

picam, vel Apodicticam, vel Elencticam, ibiq; expedienda, De qua c. 1. amplius patebit.

16. *Expedito, Ubinam de Contradictione præcipiendum, jam nominis porro aliqua habenda est ratio, priusquam rem discutiamus. Vox Contradictionis notat vel propositionum aliquam oppositionem, cum Universalis affirmans & particularis negans vel aequipollentes sibi ex aduerso opponuntur, ut O. homo est doctus. Quidam homo non est doctus. Solus Mahometes pro nobis orat apud DEum, non Solus Mahometes pro nobis orat. Sic in doctrinâ propositionum famosè accipitur: Vel propositionum in sensu repugnantiam, etiamsi termini non sunt iidem, & nulla quantitatis signa adsint. Vt, nix est alba, nix est nigra. Sic apud Theologos sæpè Contradictentes propositiones dicuntur, quæ sensum inconsistentem important, eisi formâ Logicâ apertâ minimè contradicant, Vt s. 1. §. 3. c. 1. monebitur. Vel terminorum simplicium oppositionem, cum sibi instar entis & non entis opponuntur. Vt homo, non homo, sentiens, non sentiens: Vel terminorum talem oppositionem, ut aliter neget, sive infinitè neget, sive in certo subiecto. Hoc modo Aristoteles præuationem quandam Contradictionem vocat, 10. Metaph. c. 4. Vel terminorum positivam aliquam repugnantiam, quâ simul incompossibiles sunt, etiamsi neuter terminus sit negans. Sic substantia & accidens dicuntur Contradictentia ap. Thomam opusc. 42. n. 10. Verum & falsum ap. Scaligerum ex. 307. l. 9. Lignum & ferrum esse, electum & damnatum esse Contradictoria dicuntur. Vulgò Contradictio in adjecto vel apposito hæc appellatur. Vt, ein eisern Schuhorn/ hölzern Wendelstein/ rothe Dinte/ & similia: Vel oppositionem aliquam ejusdem præcisè de eodem formaliter sumpto, ab-*

abstrah
tionibus
in hac
vis cont
dictio no
in secun
rum rer
nem op
In
quantian
pugnans
sacerdot
brao ju
arguere
centes.
borare
tuò ab
to leg.
est just
dicere ju
digest.
bibitis
matione
tam not
tarum
dictione
tramq;
ralem,
& in d
octode
diii. B

abstrahendo, an in terminis simplicibus, an in enuntiationibus fiat, indifferenter ad utrumq; respiciendo. *Sic in hac Tractatus parte sumemus.* Interdum Oratoribus *quamvis contrariam argumentationem sententia objectam Contradictio notat.* *Ut Quintiliano l. 2. c. 18.* Ponuntur hæ quoq; in secundo Cic. d. Orat. libro Contradictiones, artem earum rerum esse, quæ sciantur, Oratoris omnem actionem opinione, non scientiâ, contineri.

In sacris *quamvis sententiarum & voluntatum repugnantiam notat.* *Sic Rom. 10. Populus contradicens, s. repugnans DEO.* *Sic Ose. 4. v. 4. Populus tuus sicut hi, qui sacerdoti contradicunt, Ut vulgatus reddidit, quamvis in Hebræo judicare sit.* *Sic Episcopus potens sit contradicentes arguere, Tit. 1. v. 9. i. e. resistentes & contraria verbo dicentes.* *Conf. Hebr. 12. v. 8. Spiritu Contradictionis laborare in eum dicitur, qui sententis, moribus, affectu, perpetuo ab alio disidet.* Ita & in Jure Civili sumitur, argumento leg. 22. dig. l. 24. t. 3. §. 6. *Alibi Contradictio l'Crus est justa lesionis contra id, quod agitur, allegatio, & contradicere justam lesionem contra acta allegare, ut Ulpianus l. 1. digest. t. 7. §. 39. notat, ad verba, astimabunt iudices, adhibitis etiam his, qui contradicent, i. e. qui laderentur confirmatione adoptions.* Rameis *quamvis propositionum repugnantiam notat, ut & contrariam oppositionem & compositionum repugnantias Contradictiones vocent, & contradictionem non semper verum à falso dividere censeant, sed utramq; ejus partem falsam esse posse affirmant, aliamq; generalem, aliam specialem statuunt.* Ita Ramus l. 2. Logic. c. 4. & in script. c. Scheckium, ubi *Contradictionis vocem ita octodecies in lib. de interpret. Aristotelem usurpasse dicit.* Et de voce quidem sic usurpata negari non debet. V. l. d.

interpr. c. 4. *Sed* res diversæ ob communem vocum usurpationem non sunt confundendæ. Ramum sequuntur *Ramista*, Dunamus in l. 2. Log. Ram. c. 2. ad finem. Casmannus, Bilstenius, Snellius, Scribonius, Ursinus in h. l. Her. Nicephorus c. *Analyfin* Corn. Martini p. 22. Piscator in c. l. Ram. alijs, *Et* Nicephorus adeò hanc Contradictionem vocat, *ut neget*, particularem negantem verè Universali affirmanti contradicere. Quòd generali generaliter sit contradicendum, *ut Omnis homo est animal, Nullus homo est animal*: Et vera Contradictio inter eandem enuntiationem affirmatam & negatam sit. *Particularis autem* non est eadem cum generali, *sed diversa*. *Non omnis autem infert particulare*, & sensu ei aequipollet. *Us, non omnis homo est doctus, h. e. quidam homo non est doctus*. De hoc postea l. 2. §. videbimus. Quidam Contradictionem virtuales vocant, quòd in Universali negantem & particularis includatur, *qua formalis affirmativa Universalis est Contradictio*. Ut Scheiblerus d. syllog. c. 17. n. 51. De hac appellatione non multum fuerit Controversia. Vox Contradictionis ambigua est. Interdum quamvis Enuntiationum repugnantiam notat, sic & contrarietas est contradictio: Interdum talem, *ut fiat affirmatio ejusdem præcisè de eodem, & alterum enuntiatorum necessario fiat falsum, alterum verum*. Ita apud Aristoteles maximè usurpatur, & sic inter universalem affirmantem & particularem negantem esse dicitur. Hoc modo universali agenti particularis negans iustissimè, & ad eruendam veritatem commodissimè, opponitur. Apud Platonem Contradictio & cuiusvis rei in Controversiam raptatio est, & Contradictores dicuntur Sophistæ, qui quævis de re velut de Controversâ differere se posse pollicebantur, in Dialog. d. ente, seu Sophista. *Græcis* Contradictio

Elio n. 1. 4.
Wider
tia secur
ria secur
Rabbinis
Item פיר
ab חצמ
התורה
28.
cipio defi
lucæ sen
ri velut
sur, que
& Enun
pud Log
Opposit
Logues
riè opp
malem
es præci
aut cons
ita proc
agat, qu
bua ac
in Logie
nis prin
guæ, nec
diè Prin
c. 16. d
ctio, di
quod v

Ελιο αὐτῶν φασί, ἀντιφασίς, Germanū, Widerspreu:h/ Widersas/ Widersprechung/ Widerrede/ HORATIO *Contradicientia* pugnantia secum frontibus adversis dicuntur. *fac. I. Pergis, ait, pugnantia secum frontibus adversis componere.* Hebræis *הפך* & Rabbini *הפך* *antiphasū, Contrarietas, ab הפך, evertit, invertit. Item מרון, Contentio, & דרן judicavit, litigavit, Arabicè اذعان ab اذعان adversatus est, Contradixit, &c. Interdum Rabbini הסתירה vocatur, Ut R. Simeoni in Log. Hebræa, c. 4.*

18. Nomine viso rem ipsam declarare aggrediamur. Principio definitio aliqua Contradictionis inquirenda, sine cuius luce senebricosa est universa in re aliquā aberratio. Sed à priori velut & abstracta à suis inferiorib⁹ Definitio hic investigatur, quæ & indifferenter ad Contradictionē terminorum se & Enuntiator: habeat, ac utriq; accommodari queat, qualem apud Logicos vix propositā invenias. Vel enim Contradictoriè Opposita in terminis postprædicamentalibus & operatione Logices primā describunt, vel Enuntiationum contradictionē oppositarum naturam definiunt. Qui abstractam & formalem Contradictionis rationem, in quo sistat formaliter, ac preciso, an in terminis sit, an enuntiativis, investigaverit aut constituerit, paucissimos omninò reperire licebit. Et tamen ita procedere, ac, Quid formaliter sit Contradictio, quid agat, quem usum præstet, quo fundamento nitatur, qua attributa ac affectiones de se fundat, distinctè representare, tantò in Logicis convenientius fuerit, quanto ipsum Contradictionis principium in disciplinā rationis est usitatus, utilius, magisq; necessarium. Aliquid hic conatus est Philosophorum hodiè Princeps & summus in omni doctrinā Vir Plinio l. 8, c. 16. dictus, Aristoteles 1, Anal. poster. c. 2. §. 5. Contradictio, dicens, est contrariorum illa oppositio, in qua nihil, quod verè medium sit, reperiri potest. Hujus pars una affirmatio

firmatio est, in quâ unum alteri attribuitur, altera negatio, in quâ unum alteri detrahitur. In lib. d. Interpr. c. 6. Contradictio, ait, est affirmatio negatioq; contrariæ. Philosophum sequitur Bellovisius tr. 2. term. c. 217. *Contradictio*, ait, est oppositio, cuius secundum se non est dare medium. *Vel, ut postea ex s. Elenchor. definit, Contradictio est unius & ejusdem secundum idem & ad idem, similiter & in eodem tempore affirmatio & negatio. Prior definitio an accurata & à priori sit, ambiguum est. Medio carere sanè Contradictorie oppositioni competit, sola enim ea medio subiecti inter suos terminos enuntiatos caret, nec illud habere potest, nec rem ullam dare licet, quin sub altero membrorum Contradictoriarum continueatur, opponitur enim hic ens & non ens in infinitum, ut in c. l. bene deducis Zabarella: Et §. 42. 43. seq. amplius discutietur. Sed non competit ei, tanquam qui additas & à priori, sed ut attributum & à posteriori, quod aliquod prius adhuc agnoscat, quod causa sit, cur medium inter Contradictoria simpliciter non admitti possit. Hoc pri^o magis formalem Contradictionis rationem expediet, Sicq; accuratius per hoc, tanquam primum sui formale, definitur Contradictio: cum definitiones à priori formandas esse, ubi nullo modo licet, ipse jubeat Philosophus 6. Top. c. 4. Prius illud in eo esse censeam, quod Contradictio sit ejusdemde eodem identicè sumpto affirmatio & negatio. Ex eo enim, quod aliquid affirmetur & negetur præcise eodem sensu, & omnibus identitatis requisitis observatis, oritur istud, quod medium nullum admittere queat. Quodlibet enim est aut non est, & impossibile est aliquid simul esse aut non esse, aut inter esse & non esse medium Rei & subiecti intercurre, si identitas legitimi sensus servetur, quam in verâ Contradictione omnino servari oportet, Et res aliâ aliquâ saltem in parte nobis cognita sit, ut §. 22. seq. patebit. Formale n. Contradictionis hoc fundamentum est, & æternum Naturæ principium, ut §. 65. seq. discutietur.*



affirmatio
medio ca
tradictio
ticè idem
esse & n
dium, l
telis, qu
quiddita
curatius b
formale
tione com
identicè d
luta, & l
20.
adverten
tio & neg
quæ sim
sunt.
ad aliud
mus eni
quod pro
na, quâ

DE CONTRADICTIONIS DEFINITIONE ET REQUISITIS.

THESIS XIX.



SAm quia esse & non esse in quavis legitima Contradictione per affirmari & negari enuntiatur, & verò esse ac non esse nullum admittit in re ipsa medium, consequenter & affirmatio & negatio sè esse in eodem sensu sumpta omni medio carebit, ac ita tandem Tò medio carere in Contradictione posterius quid erit, quod prius agnoscat, identicè idem affirmari & negari de sese, quod fundatur in esse & non esse, inter qua simpliciter nullum reperitur medium. Hoc ergò modo posteriorem Bellovisij & eam Aristotelis, qua in l. d. interpr. est, definitionem magis à priori quidditatem Contradictionis exprimere credam, quam accuratius breviusq; ad hunc modum formari posse censeam, ut formalem & abstractam ab inferioribus indolem ejus definitione comprehendat: Contradictio est ejusdem de eodem identicè & formaliter sumpto affirmatio & negatio absoluta, & sic oppositio.

20. Ad explicandum definitionis sensum sequentia advertenda erunt. 1. Genus ejus est oppositio seu affirmatio & negatio. Oppositio est repugnantia extremorum, quæ simul in eodem formali sensu consistere non possunt. Repugnantia propriè est respectus unius oppositi ad aliud, & explicatur per habitudinem ad aliud. Dicimus enim oppositum alicui opposito esse oppositum, quod proprium relatorum est. Est relatio illa inter pugnantia, quæ in eodem identicè sumpto simul consistere non possunt.

D

Ori-

Respond.
Henrico
Brachio
Lunenb.
Saxone.

Oriturq̄ repugnantia velex Naturis rerum, ut in contrariis, ut calidum & frigidum, vel ex relatione, quā unum opponitur alteri tanquam termino, quem essentialiter respicit, ut Filius Patri: Vel ex alterius negatione in determinato & apto subjecto, ut cecitas & visus: Vel ex alterius negatione absolute & infinitum, nec formam nec subjectum determinando, ut in Contradictione, ut homo, non homo, est, non est. In hac repugnantia illa affirmatione & negatione expeditur, qua indifferentem hic sumenda sunt, & ab affirmatione & negatione complexa, quam integrorum enuntiatorum esse ajunt Logici, & ab incomplexa, quam in terminis extra enuntiationem sibi oppositis agnoscunt. Sic enim Authores & affirmationes ac negationes complexas & incomplexas agnoscunt. V. Scheiblerum, d. prop. c. 2. n. 3. Interdum affirmatio & negatio strictius sumitur, ut solarum enuntiationum sit, Quomodo Aristoteles d. interp. c. 4. orationis partes aliquas sepe ratas ut dictionem, non ut affirmationem & negationem, (sc. totius enuntiationis,) significare ait. Et c. 6. affirmationem Enuntiationem aliquid de aliquo dicentem, Negationem Enuntiationem aliquid ab aliquo detrahentem definit. Ita & in Categor. c. 10. Id, quod sub affirmationem & negationem cadit, non esse idem, ac affirmationem & negationem, ait. Affirmationem enim orationem affirmantem, negationem negantem esse. Sed quod sub affirmationem & negationem cadit, rem esse, non orationem. Hac autem inter se opponi, ut assertionem & negationem dici, quoniam in eis eadem repugnantia ratio valeat. Nam ut assertio & negatio inter se contraria sunt, veluti, sedet, & non sedet: Sic res, qua utroq̄ eorum continentur, ut sedere & non sedere, contrario opponuntur nomine. Hic generalius sumenda

etri,

erit, ut
dat. Ea
bimus. S
& assert
Hac posit
rens, non
enunciat
rens, Om

2
h.e. est,
objectiv
regra a
traditi
Possuntq
ris vice
ceptum
curatque
starum
proposit
competit
objectiv
xa. 2.
tione Con
Vi, Om.
non Con
negatio
a Contr
versis
unt, re
rative
etiam
causa,

erit, ut & termini affirmationem ac negationem comprehendat. Eam & ab Aristotele interdum concedi §. 15. l. 2. Videbimus. Sic describi poterit affirmatio, significatæ rei positio & assertio: negatio, significatæ rei amotio & destructio. Hæc positio & remotio vel in solis terminis esse potest, ut *currens, non currens, homo, non homo, videns, cæcus*: vel in integris enuntiationibus, ut, *homo est currens, Homo non est currens, Omne animal est videns, O. animal non est videns.*

21. Dicitur ergò Contradictio affirmatio & negatio, h. e. est, positio & remotio rei cujusdam significatæ, sive objectiva apprehensione *modus significandi fiat, sive integrâ attributione prædicati & subjecti, ad formalem Contradictionis rationem, quam hic definimus, indifferens est.* Possuntq; ita voces ista, affirmatio & negatio, verè generis vice in Contradictione fungi, quia partim latiore conceptum ad Contradictionem dicunt, partim essentialiter & *συναρμωσ* ei competunt. Latiora sunt 1. Ratione subjectarum Contradictionis specierum, quòd vel terminorum vel propositionum sint, ut §. 2. l. 2. videbimus. *Viriq; speciei competit affirmatio & negatio, positio & remotio.* Priori objectiva & incomplexa, posteriori enuntiativa & complexa. 2. Ratione contrariarum oppositionum. In oppositione Contrariâ propositionum etiam est affirmatio & negatio. *Vi, Om. homo est dives. Nullus homo est dives. Hæc tamen non Contradictio, sed contrarietas est.* Affirmatio ergò & negatio latior Contradictione, nam & contrarietati, alij à Contradictione speciei oppositionis, competit. Jam qua diversis speciebus competentia sunt, Et aliàs essentialia rebus sunt, rectè generis locum obtinere possunt. 3. Ratione privativæ Oppositionis. In privativâ terminorum oppositione etiam est affirmatio & negatio rei significatæ, ut *videns, cæcus, mutus, loquens, dormiens, vigilans, surdus, audiens, &c.*

Privativa tamen oppositio non est Contradictio. *Alij ergò à Contradictione speciei etiam competit affirmatio & negatio.* & sic commodè genus in Contradictione esse potest. *Idem etiam de relativâ oppositione eodem respectu sumptâ procedit. Vt Pater non est Filius ejus, cujus est Pater.* Essentialiter & Synonymicè Contradictioni competunt, quia cogitari, concipi, aut describitaliter illa nequit, nisi cogitatâ affirmatione seu attributione, & negatione s, remotione, *h. e. oppositio aliquâ in affirmatione & negatione rei de sese fundatâ & ex eâ orîa.* Ubi enim affirmatio & negatio de eadem re est, ibi est oppositio. *Nihil enim hac aliud, nisi affirmatio & negatio opposita.*

2. Affirmatio & negatio hic intelligenda est vel de apertâ & explicitâ, cum directè affirmatur idem & negatur, *sivè in terminis, ut homo, non homo, Ens, non ens, sivè in enuntiatis, ut Petrus est doctus, P, non est doctus:* vel de opertâ & implicitâ, cum virtute sensus aliquid negatur, etsi explicata negatio non sit. *Vt, homo est bestia, animal & cadaver, lignum & ferrum. Item Solus Christus est intercessor noster, & sancti intercedunt pro nobis apud DEum. Purgatorium emundat maculas veniales, & solus sanguis Christi emundat ab omni peccato. Vbi in posterioribus sensus virtutem negati prioris habens, continetur.* De utroq; intelligenda Contradictionis definitio, prout ex speciebus postea l. 2. S. 2. subjectis patebit. De priore primò & principalius, de posteriore secundò & consequenter, quâ in apertam Contradictionem resolvi potest. Rameis genus Contradictionis est Contrarietas, *Contradictoria enim Contraria negantia definiunt, Vt ex Ramo l. 1. Dial. c. 16. & Rameis ac Mistis quibusdam ad illud caput patet. Aristotelici communiter negant, vocem contrariorum ita generatim*

neraliter
speciem
sivè ex
frigidum
cludetur
ris. Con
E. nequit
tiam Con
positivo
lus eos
Sed Con
stentem
non alb
spondet
guenter
se potest
genus ej
dictione
sibi exp
Log. t.
nere repe
Contrari
specie fa
E. & con
22
possent.
dictio n
non hom
animal
in negat
Contrad

neraliter sumendam esse, *Ut* quamvis oppositionem notes, sed speciem quandam oppositionis notare ajunt, quæ termini positivi expulsivè & formaliter sibi repugnant, ut *calidum, frigidum, album, nigrum*. Pro his contra Rameos sic concludetur. 1. Vocabulum speciei non potest esse vox generis. *Contrarietas est vocabulum speciei certa inter opposita. E. nequit esse vox generis ad omnem oppositionem, & sic etiam Contradictionem.* 2. Contrarietas est inter terminos positivos realiter existentes & sibi repugnantes, etsi nullus eos repugnare cogitet. *Ut calidum, frigidum, &c. Sed Contradictio alteram terminum negativum & non existentem habet, absolute enim negat, Ut non homo, non sus, non album. Tale quid nec factio datur in rerum Natura, Respondet n. non enti, sed à nobis tantum concipitur, nec consequenter ulla facultas, actio, aut expulsiva repugnantia ejus esse potest. E. Contradictio non est Contrarietas, & sic nec hac genus ejus esse potest.* 3. Contrarietas est strictior Contradictione, in pauciore enim entium genere reperitur, ut quæ sibi expulsivè repugnant, *Ut in qualitatibus activis. V. d. 5. Log. t. 25. Contradictio latior est, & in quovis entium genere reperitur, etiam divinis, Ut Deus, non Deus, in quibus Contrarietas locum non semper habet. Sed genus strictius suâ specie falsum genus est, cum verum latius specie esse debeat. E. & contrarietas falsum genus Contradictionis.*

22. Cœtera ad differentiam Contradictionis pertinere possunt. Dicitur affirmatio & negatio absoluta, Contradictio negat absolute, ut nihil inferat affirmati, ut *homo, non homo, ens, non ens, Homo est animal, Homo non est animal, Omnis homo est leo, non Om. homo est leo, tantum in negando sistunt, nihil præterea affirmant, in quantum Contradictorie opponuntur, Ut s. 1. §. 50. seq. de Opposit.*

Enunthac: *videbimus*. Cæterę oppositiones *determinatõ* quid *subinferunt*, ut *album, nigrum, Pater, Filius, cæcus, videns*. 2. Eiusdem de eodem identicè & formaliter sumpto. *Vt Contradictio aliqua legitimè fiat, necesse est idem esse, de quo aliquid affirmetur & negetur, omnibus identitatis requisitis, qua ad Contradictionem requirere solent* Authores. Vulgò quinq; requirunt, ut unum & idem sit, *de quo affirmatur & negatur*; Ut secundum idem affirmetur, *Vt ad idem & eiusdem respectu fiat, ut similiter fiat, ac deniq; eodem tempore*. Alij & eundem locum addunt, alij omittunt, de quo §. 33. seq. *videbimus*. Commodissimè omnia identitatis in Contradictione requisita ita comprehendendi possunt, Ut in Contradictione eadem extrema sub eodem modo, respectu, ordine, & adjuncto intellecta, sumenda esse jubeantur, *secus, si unum requisitum desit, Contradictionem fore illegitimam*. Versibus memoriæ gratiã sic hæc complecti liceas: Subjectum, modus, & respectus, & ordo maneto, Adjunctumq; idem, si Contradictio fiat. *Brevissimè uno requisito univèrsim hoc alij complectuntur, ut in Contradictione eodem modo fieri debere affirmationem & negationem dicant, tam ex parte rei affirmata, quàm ex parte subjecti & temporis. Vt quo modo aliquid affirmetur, eodem etiam, & non alio, negetur, & vicissim*. Ut Smiglecius d. 12. Log. q. 11. *Hoc breviter sic versu enunthetur: Ut Contradicas, benè servetur modus idem*.

23. 1. Eadem extrema esse debent, sive termini *santum fuerint extra Enunthationem, ut in terminorum Contradictione, ut album, non album, sive subjecta & prædicata in terminorum combinatione, ut in enunthationibus simplicibus, sive integrã membra & propositiones, ut in prop.*

compo-

composi-
num &
dem fo
dictio,
cis nul
nem af
tionem,
quirunt
mini &
tr. 3. c.
Homo e
sono n
non sa
est ani
gendo p
animal
barpage
cæleste
extrem
non est
nim qu
est idem
termini
non est
titatem
doctrin
præcisi
statu
scensu
lation
vina

compositis. Extrema eadem esse dicuntur non secundum sonum & nomen tantum, sic enim in terminis æquivocis eundem sonum sub diverso sensu habentibus vera esset Contradictio, Quod omnino negant Logici, quando super æquivocis nullam esse Logicam operationem aut Contradictionem affirmant: Sed etiam secundum sensum & significationem. Vnde si Contradictio formanda sit, idem termini requiruntur & sono & significato spectati. Vel idem termini & formaliter & virtualiter esse debent, ut Javellus tr. 3. c. 2. loquitur. *Vi, latrabile currit, latrabile non currit. Homo est animal, Homo non est animal. Vbi termini vel sono mutantur, ut leo, non canis, Animal currens, Animal non sapiens, niger, albus, Homo est Animal, & risibile non est animal, vel sensu & significatione, ut Cancer, intelligendo piscem, est animal, cancer, intelligendo sidus, non est animal, lupus, quadrupes, est sensitivus, lupus, herba vel harpago, non est sensitivus, Canis, bestia, currit, Canis, sidus caeleste, non currit, expirat tota Contradictio, quia diversa extrema. Ita non pugnant, Homo est animal, & risibile non est animal, quia extremorum unum mutatur. Esi enim quæ rem idem sit homo & risibile, quæ vocem tamen non est idem sensus. In Contradictione autem & re & voce idem terminus servari debet. Sic Aristoteles est doctus, & Menalca non est doctus, nulla Contradictio, quia diverse subjecta. Ad identitatem hanc significationis terminorum tota suppositionis doctrina Scholastica adhibenda, cum termini pro eodem præcisè significato supponere jubentur, & in eodem statu relinqui mandantur, ut sub eodem ascensu vel descensu, sub eadem ampliacione, restrictione, vel appellatione, retineantur. Ita non est Contradictio, Essentia divina generat, & ess. divina non generat, Quia in priori*

ess.

essentia divina personaliter supponit, pro essentia carattere aliquo personali determinata, in posteriori simpliciter, pro Naturâ divinâ in communi sumpta. Non est Contradictio, homo est animal, homo non est animal, si homo in priore supponat formaliter, in posteriore materialiter pro binis suis syllabis: Nec homo est species, homo non est species, si homo in priore supponat simpliciter, in posteriore personaliter. Nec, Apostoli sunt duodecim, & Apostoli non sunt duodecim, si Apostoli in priore supponat collectivè, in posteriori distributivè. Nec, homo est cadaver, & homo non est cadaver si, in priore homo sumatur ampliativè, pro eo, qui fuit homo, in posteriore restrictè pro eo, qui adhuc sit homo. Idem est in his, combustum est domus, combustum non est domus, Generandus est animal, Generandus non est animal, Embryo est homo, Embryo non est homo: Petrus est magnus Logicus, Petrus non est magnus Logicus, Quia vel subjecta horum, vel prædicata, alio sensu supponunt in prioribus, alio in posterioribus.

24. In Sacris ex defectu hujus conditionis non verè contradicunt, Misericordiam volo, non sacrificium, Ose. 6. v. 6. Matt: 9. v. 13. Et aram adificabis, in quâ sacrificia offeres, Exod. 20. v. 24. c. 29. v. 38. 39. Quia prius de sacrificio sine affectu & devotione oblato loquitur, posterius de eo cum affectu colendi DEUM oblato. Confer Amos 5. v. 22. seq. Sic, Invoca me in die tribulationis, & eripiam te, Psal. 50. v. 15. Et, aufer carmina tua à me, nec audiam vos, Amos 5. v. 23. Prov. 1. v. 28. Prius de seriâ invocatione piorum loquitur, qua spem & promissum habet: posterius de simulatâ & hypocriticâ impiorum, qua nec spem nec successum habet. Servus non manet in domo in æternum, Joh. 8. v. 35. & servus fidelis in gaudium Domini intrare debet, Matt. 25. v. 21.

non

non pug
cato m
felicita
quente,
vos, sed
Vos autem
Christi, 2
mera subj
cum & co
essent. Po
& Aposto
Phil. 1. v
non fuit
Et, accep
pepererat
dicant, q
priore lo
nò sterili
Soror ej
tantis, qu
v. 19. Et
reverâ fra
v. 5. dicit
Sam. 17.
determin
peperisse
ror ejus n
Adrieli
post fugat
fuit, 1. Sa
supponun

non pugnant. Prius de servo peccati loquitur, & qui in peccato manet, tanquam alienigena à Christo, & non consortis felicitatis Christi: Posterius de servo fideliter commissa exequente, & heri adventum expectante. Non dicam Vos servos, sed amicos, Joh. 15. v. 15. & Ecce servi mei comedent, Vos autem esurietis, Esai. 65. v. 13. Item, Petrus servus Jesu Christi, 2. Petri 1. v. 1. non pugnat. Prius enim de servo mera subjectionis & coactionis loquitur, Quales Apostoli non, cum & comites Christi conversatione, & amici dignatione essent: Posterius de servo fidelitatis & officij commisi, quales & Apostoli. Sic Paulus & Timotheus servi Christi dicuntur, Phil. 1. v. 1. Conf. & Rom. 1. v. 1. Sic Michalæ filia Saulis non fuit proles usq; in diem mortis suæ, 2. Sam. 6. v. 23. Et, accepit David quinq; filios Michalæ filia Saulis, quos pepererat Adrieli filio Barsillai, 2. Sam. 21. v. 8. non contradicant, quia vel subjecta non supponunt identicè, cum priore loco Michal vera & genuina intelligatur, qua omnino sterilis: Posteriore elliptica & non ipsa Michal, sed Soror ejus Merob, per Ellipsin nominis cognationem significans, qua in sacris non inusitata, quomodo 2. Sam. 21. v. 19. Elhanan Goliathum Githaem percussisse dicitur, cum reverà fratrem ejus percusserit, Vt expresse 1. Chron. 20. v. 5. dicitur, & Goliathus Githaem à Davide percussus sit, 1. Sam. 17. v. 23. Et sororem Michal ibi intelligi adjecta determinatio docet, quâ filios istos Adrieli filio Barsillai peperisse dicitur. Adrieli autem uxor non Michal, sed soror ejus natu major, Merob fuit, qua Davidi promissa, sed Adrieli tradita fuit à Saule, 1. Sam. 18. v. 17. 19. Michal post fugam Davidis Palibi, filio Laï, non Adrieli, elocata fuit. 1. Sam. 25. v. 44. Vel prædicata, filij, non pro iisdem supponunt, Cum 2. Sam. 6. filij naturales & geniti intel-

ligantur, c. 21. adoptati à Michala, educati, & civiles, qui etiam in sacris filij dicuntur, ut Aben Ezra voluit. Quamquam apposta determinatio, quod filios Adrieli filio Barfillai peperisse dicitur, salem termini filiorum explicationem vix ferat. sum de adoptatis & educatis tantum id dici non possit, quod mater eos peperit, Vs prior solatio omnino sit probabilior. Nisi forte ellipsin nominis Merob subesse dixeris, ut hic sensus sit: Quing. filios Michala filie Sautis, (adoptatos. scil.) quos pepererat (Merob scil.) Adrieli, &c. Unde Greci verunt genitos Adrieli, subintellige à Merob uxore ejus. Sic Ruth, 4. v. 17. Natus est filius Næmi, qua suscepit sc. eum, v. 16. Cum propriè à Ruth genitus esset, v. 13. Quæ mater ejus fuit. Similia in aliis Scriptura locis copiosè observari poterunt.

25. 2. Eadem extrema in Contradictione sub eodem modo intellecta esse debent. Idem modus hic notat eandem rationem efficiendi, producendi, considerandi, prædicandi & denominandi, limitandi, determinandi, per se vel per aliud aliquid attribuendi, & quomodo diversas Considerationes uni rei inferre liceat. Ita non contradicunt, Virgo salvâ virginitate non potest concipere & parere, Et virgo salvâ virginitate potest concipere & parere, Quia prius de modo pariendi naturali, & per potestatem naturæ producendo intelligitur, posterius de modo supernaturali & divino. Nec hæc Corpus unum nequit simul esse in pluribus locis, Et Corpus unum potest simul esse in pluribus locis. Antecedens enim de modo naturali in corpore loquitur, quid ex Naturâ sui & vi Naturæ in eo esse possit. Consequens de modo supernaturali, & quid in eo per virtutem divinam & eminentiorem fieri possit. De quo Tract. d. Multipræsentia multis actum. Sic, Contraria neque

un

vnt sim
raria po
quia de d
numero
potest, n
tura, pos
hilo nihil
fit, & in
nem proce
Natura p
supernatu
vimus.
est tale,
bendi &
res eleme
quomodo
poribus e
nostrum
Et res ex
enim de
externa p
quid divi
Ubi acce
Ita ex au
DEO per
I. v. 21
Tit. 3. v
sunt ipsa
Prius en
rius de r
in nostra

vnt simul in uno subjecto excellenti gradu esse, & contraria possunt ita simul in uno esse, sine Contradictione sunt, quia de diversis modis intelliguntur, v. §. 63. Corruptum idem numero redire nequit, & corruptum idem numero redire potest, non contraveniunt, quia prius de vi & facultate Natura, posterius de vi supernaturalis gratia loquitur. Ex nihilo nihil fit, & in nihilum nihil abit; Et ex nihilo aliquid fit, & in nihilum aliquid resolvi potest, citra Contradictionem procedunt, prius enim de modo efficiendi in vi & circo Natura procedente verum est, posterius de modo efficiendi supernaturali & divino, ubi utramq; procedere ex Sacris nominibus. Cælum & calidum & frigidum, & cælum non est tale, sine contrarietate sunt, quia posterius de modo habendi & agendi formali procedit, quomodo nullas qualitates elementares cælum formaliter habet: prius de virtuali, quomodo plures agendi qualitates in Cælo & cælestibus corporibus esse possunt. Res externæ animam & Spiritum nostrum Spiritualiter & ad salutem reficere nequeunt, Et res externæ id facere possunt, sine Contradictione sunt, prius enim de vi Natura, quid per naturalem sui facultatem res externæ possint, accipitur, posterius de vi supernaturali, quid divina gratia accedens per rem externam operari possit, Ubi accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Ita ex auditu verbi fides est, Rom. 10. v. 17. & placuit DEO per Stultitiam prædicationis salvare credentes, I. Cor. 1. v. 21. ac aqua in baptismo nos salvat. I. Pet. 3. v. 21. Tit. 3. v. 5. Ita sine Contradictione sunt, Attributa divina sunt ipsa essentia divina, & attributa non sunt ipsa essentia. Prius enim de Consideratione rei, ut res est, loquitur, posterius de re, ut sub diversis formalibus & distinctis conceptibus in nostra mente est.

26. Ex eodem requisito deficiente non contradicunt, Lex iram operatur, Rom. 4. v. 15. Et lex vita Iudeorum fuit, Deut. 30. v. 20. c. 32. v. 47. Syrach. 45. v. 6. Et qui fecerit legem, vivet in eâ, Lev. 18. v. 5. Rom. 10. v. 5. Nam de diversis considerandi efficiendiq; modis loquuntur. Prius de eo, quod lex efficit, ut per carnem peccato infectam infirmatur, & servari à nullo post peccatum introductum potest, adeoq; quâ per accidens ei aliquid tribuitur, sic enim peccatum occasione per legem acceptâ seduxit nos, & per bonum operatum est nobis mortem, Rom. 7. v. 10. 11. 13. Sic occidit, ministerium mortis & damnationis est, ac virtus peccati, 1. Cor. 15. v. 56. Posterius de eo, quod ex intentione DEI & per se lex esse debuit, & si peccatum ab homine abfisset, esse potuit, Ubi non meritum quidem, medium tamen vitæ & felicitatis præsentis ac futuræ in homine fuisset, ac præservatio quadam, ne vita æterna gratuito DEI promisso & concreata Sanctitatis dono aliunde, peccato, amitteretur, sicq; ab homine sufficientibus viribus instructo plenariè ad DEI beneplacitum lex servari potuisset. Prius de lege loquitur tali modo, quo per infirmitatem hominis servari non potest: Posterius de eo, quo per concreatam plenariam integritatem servari omninò potuit. Similiter non contraeunt, Lex ministerium mortis est, 2. Cor. 3. v. 7. 9. & lex iustitia nostra est, Deut. 6. v. 25. Nam similiter de diversis modis loquuntur, quo utrumq; legi attribuitur. Prius per accidens ex interveniente peccato & ad servandum infirmitate: Posterius per se, ex intentione DEI, & suppeditatâ ad servandum sufficiente perfectione. Sic qui opera tractant, sub maledictione sunt, Gal. 3. v. 10. Et qui faciet opera legis, vivet in eâ, Lev. 18, & Rom, 10, extra Contradictionem, Prius de modo

do legis de
nequis, q
rius de m
promisso
cuni, Ver
veni, ut j
niendi m
cidens, ob
ad illud p
Sic venit
accidentar
gelium in
Luc. 12,
& ad ve
v. 13. Luc
fuit, An
1. Cor. 2,
ejus, Rom
di loqui
naturali
quâ in ru
& iustum
& cognos
27.
esse debet
ratione
vel grad
sus, vel
res parti
immorta
partium

do legis post peccatum ei competente agit, ubi quia servari nequit, qui per opera se credit servari, maledictus est. Posteriorius de modo ejus ex propria sui ratione competente, ubicum promisso vita perfecte servantibus data erat. Non contradicunt, Veni ad iudicium in mundum, Joh. 9. v. 39. & non veni, ut iudicem mundum, Joh. 3. v. 17. Quia de diversis veniendi modis loquuntur. Venit Christus ad iudicium, per accidens, ob obstinatam incredulitatem impiorum. Non venit ad illud primo & per se, sic enim ad salvandum venit. Joh. 3. Sic venit Christus ad tollendam pacem mundi, modo veniendi accidentario, ob pertinacem reprobatorum incredulitatem, Evangelium in seditionum occasionem rapientium, Matt. 10. v. 34. Luc. 12. v. 49. Non venit ad tollendam, sed constituendam, & ad veram pacem annuntiandam, Zach. 9. v. 10. Matt. 10. v. 13. Luc. 10. v. 5. 6. Ephes. 2. v. 14. Ita contra contradictiones sunt, Animalis homo non percipit, quæ sunt Spiritus DEI, I. Cor. 2. v. 14. & Gentes naturam DEUM noverunt & Iustitiam ejus, Rom. 1. v. 19. 20. 32. Quia de diversis cognoscendi modis loquuntur. Prius de Spirituali & salutari, posterius de naturali & civili, quomodo ex Creaturis & Natura lumine, quæ in rudibus quibusdam adhuc integrum est, DEUM esse, & justum, veracem, malorum vindicem esse, cognosci potest, & cognoverunt gentiles.

27. 3. Extrema Contradictionis sub eodem respectu esse debent, h. e. ad idem & ipsum respicere debent, cujus ratione opponi dicuntur. Respectus vel ad partes rei, vel gradus, vel terminos, vel objecta, vel status, vel causas, vel occasiones, vel simile quid esse potest. Partes, ubi res partibus constat. Unde non contradicunt: Homo est immortalis, & homo est mortalis, quia respectu diversarum partium intelliguntur, prius respectu anima rationalis, poste-

rius Corporis humani elementarij. Non contrariantur: *Aethiops est albus & non est albus*, quia secundum alias partes intelligitur. Illud secundum dentes, hoc secundum cutem. Non contradicunt, De lusco dicendo, *Ille benè videt, & ille non benè videt*, secundum diversos enim oculos intelliguntur. Gradus, ubi res gradibus constat. De aqua tepida dicendo, *Ista aqua est calida, & non est calida*, sine Contradictione erit, quia prius de gradu remisso, posterius de intenso dicitur. De semidocto literione: *Ille est doctus & non est doctus*, citra Contradictionem dices, prius enim de remisso doctrina gradu & comparatione ejus, qui prorsus litterarum rudis est, posterius de excellenti doctrina & comparatione Aristotelis cujusdam aut Lutheri intelligitur. Terminos, ubi res ad terminum extrà coexistentem respicit, ut relata facere solent. Sic sine Contradictione est: *Iste homo est Pater, & non est Pater*, prius enim respectu Filij, tanquam termini correlati inferioris dicitur, posterius respectu Patria, avi, abavi, Matrù, Fratris, Sororis, tanquam terminorum superiorum aut lateralium coexistentium. Sic corpus à DEO in duobus locis localiter sisti potest, & corpus non ita sisti potest, sine Contradictione sunt, prius enim sò localiter ad locum, ut terminum generalem saltem respicere facit, posterius ut ad terminum specialem, qui non ubi saltem importet, sed locum physicum & terminum concludentem, quiq; omnia physica attributa & passiones subjecto inferri permittat. Quomodo nullum corpus localiter in pluribus locis à DEO sisti posse, Tract. de multiprat. t. 39. 40. seq. Disputatum.

28. Objecta, ubi aliquid ratione diversorum objectorum consideratur. Sic angelicus intellectus facile intelligibilia perspicit, & non facile ea perspicit, non contraria sunt, prius enim de intelligibilibus objectis finitis & creatis intel-

intel-

intelligitur, post
angeli non
sunt diffi
sunt, de
no, poster
difficile e
tur, quia
icitur, so
aut quadri
pia. Sic
gnà sunt
bus Phil
experius
materiam
Stacus, c
fiderari
& non f
ribus loq
ratione
in coelo
prius en
de eo sem
lissimo se
est talis,
minus flo
gesti con
tu ejusde
celerari
fatis
Platonis

intelligitur, qua intellectui angelico facilimo negotio penetratur, posterius de infinitis & mysteriis divinis, in qua etiam angeli *παρὰ φύσιν* gestiunt, I. Pet. I. v. 12. Sic immaterialia sunt difficilia intellectu, & non sunt difficilia, sine pugna sunt, de diversis enim intellectibus capiuntur. Prius de humano, posterius de divino. Sic solem directè intueri oculo perdifficile est, & non perdifficile est, *citra repugnantiam* dicitur, quia de diversis objectis, quibus sol ut visibile quid objicitur, solem videntibus, intelligitur. Prius de oculo humano aut quadrupedi, posterius de aquilino & inter alios principia. Sic Aristoteles fuit doctus & non fuit doctus, sine pugna sunt, de diversis objectis enim sumuntur. Prius de scibilibus Philosophicis, posterius Iuridicis aut Theologicis. Sic Vir experius est, & non Vir expertus est, ratione diversarum materiarum, ut objectorum, *citra Contrarietatem* dici potest. Status, cum de aliis statibus res enuntiatur, qui in re considerari possunt. Sic Christus fuit minister circumcisionis & non fuit talis, sine pugna sunt, de diversis enim ejus statibus loquuntur. Prius de exinanitione, posterius de exaltatione. Sic Christus plenariè gubernat universa creata in coelo & in terrà, & Christus id non facit, non pugnant, prius enim de Christo ad dextram DEI sedente, posterius de eo semetipsum evacuante, his in terris versante, ac pro vilissimo se gerente, loquitur. Sic, ille est Magistratus & non est talis, sine repugnantia dicuntur, quia prius de statu hominis florente, posterius de turbato accipiendum. Sic Cicero gessit consulatum in statu Roma pacata, non gessit eum in statu ejusdem oppresso, sine Contradictione sunt. Sic Romam sceleratissimam, & non talem, sed sanctissimam, sub diversis statibus *citra Contradictionem* appellare possumus. Sic illud Platonis, Vir, non Vir, videns, non videns, percussit, non

non percussit, lapide, non lapide, alitem, non alitem, super arbore, non arbore, sine Contradictione est, nam de diversis respectibus intelligitur. Vir, respectu apparentia externa & Mulieri comparatus, non Vir respectu perfecti Viri, androgynus nempe, videns scilicet aliquid, non videns perfecte & distincte, luscus, percussit respectu totalis quietis, non percussit respectu validissima percussiois, h. e. leviter tetigit, alitem respectu quadrupedum bestiarum, & quia alas habet, non alitem respectu verarum avium, vesperilionem, non enim vera avis est, cum nec veras pennas aut rostrum habeat, ut aves, & pilos, dentes, aures, ac mammas habeat, qualia vera aves non habent: Quamquam Deut. 14. v. 16. inter aves memoratur, quia externam specie illis similis est, & Scriptura frequenter ab externam similitudinem rem denominat: Lapide, externa forma respectu, non lapide, ratione gravitatis, quia non instar lapidum in undis mergitur, pumice nempe, super arbore, etiam externa forma respectu, non arbore, quia tanta quantitatis & crassities non est, quanta arbores esse solent, sed potius frutex. Hic respectus ad diversa semper respiciunt, eorum legitima terminorum non est Contradictio.

29. Ex hujus requisiti defectu non contradicunt in sacris, Christus est aequalis Patri, Joh. 10. v. 30. 36. 38. Hebr. 1. v. 3. & Christus non est aequalis Patri, sed minor eo, Joh. 14. v. 28. quia respectu diversarum partium in Christo, (quomodo per analogiam partes personales duas in eo naturas in Theologicis vocare solemus,) intelliguntur, prius de divinam, posterius de humanam Naturam. Item, Christus minister Circumcisionis fuit, Rom. 15. v. 8. Luc. 22. v. 17. venit, ut ministraret, Matt. 20. v. 28. Et Christus Dux fuit, Dan. 9. v. 25. Magister & Dominus, Joh. 13. v. 13. Filius & he-

& herus
spectu div
nitionis
se talem
servum se
de jure ip
de se evaci
sic Christi
rui v. 3. ap
v. 3. Resp
tradition
ubi ex Pa
trem Nat
quam ex
ginis & f
qua divin
honore cor
ac Vir dol
de divers
exaltation
30.
peccare,
peccet, I.
tur, quia
quantum
vat, seme
de renato
v. 17. se
dominari
est, ut m
morini re

& herus sua domus, Hebr. 3. v. 5. non contradicunt, quia re-
 spectu diversorum statuum intelliguntur, Prius de statu exi-
 nanitionis & evacuationis, ubi cum in formâ DEI esset, non
 se talem exhibuit, sed evasnavit seipsum, Phil. 2. & factio ut
 servum se gessit: Posterius respectu exaltationis & ejus, quid
 de jure ipse esset, adeoq; qualem se exhibere posuisset, nisi spon-
 se se evacuasset. Ita Dux, filius, & herus sua domus fuit.
 Sic Christus ex Patribus est, Rom. 9. v. 5. Et Christus ἀπα-
 τωρ καὶ ἀμώλωρ, in quo Melchisedech ipsi assimilatur, Hebr. 7.
 v. 3. Respectu diversarum partium intelliguntur, & sic con-
 tradictione excidunt. Prius de Christo secundum carnem est,
 ubi ex Patribus, posterius de eo partim quâ carnem, ubi Pa-
 trem Natura non habet, sed matrem tantum, virginem, per
 quam ex Patribus tractus est, non materia ratione, sed Ori-
 ginis & familia materna, V. dec. 2. Misc. d. 4. t. 11. Partim
 quâ divinitatem, ubi matre caruit. Sic Christus gloriâ &
 honore coronatus est, Hebr. 2. v. 9. & abjectissimus Virorum
 ac Vir dolorum fuit, Esai 53. v. 2. 3. citra pugnam sunt, cura
 de diversis statibus vilitatis & sublimitatis, exinanitionis &
 exaltationis, loquantur.

30. Similiter, Renati non peccant, nec possunt
 peccare, I. Joh. 3. v. 9. c. 5. v. 18. Et non est homo, qui non
 peccet, I. Reg. 8. v. 46. & I. Joh. 1. v. 8. 10. non contrarian-
 tur, quia diverso respectu explicantur. Prius de renato, in
 quantum formaliter talis, sic non peccat, sed à peccato se ser-
 vat, semen enim DEI in ipso manet, I. Joh. 3. v. 9. Posterius
 de renato, quatenus carnis reliquias semper retinet, Rom. 7.
 v. 17. seq. Sic peccatum estsi inhabitans habeat, non tamen
 dominari illud sibi patitur. Rom. 6. v. 12. Sic, iam hora
 est, ut mortui resurgant, Joh. 5. v. 25. Et in novissimo die
 mortui resurgent. Joh. 11. v. 24. I. Thef. 4. v. 16. De di-

verso respectu resurgendi loquuntur, eorum non contradicunt. Prius de resurrectione à peccato prædicatione Evangelij concilianda, qua tunc prædicante in terris Christo peragi incipiebat: Posterius de Universali à morte resurrectione, qua novissimo die fiet. Sic, qui opera legis tractans, sub maledictione sunt. Gal. 3. v. 10. Et qui facies opera legis, vivet in eis. Lev. 18. v. 5. non contradicunt, prius enim de operibus respectu salutis & justificationis agit, ubi qui post Christum opera ad justificationem adjuvavit, maledictus est, quia nemò perfectè legem implere potest, excepto Christo, qui legis consummatio: posterius de operibus absolutè & perfectè præstandis ac præstitis. V. S. 26. Ita citra repugnantiam sunt: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum, Joh. 8. v. 51. & statutum est homini semel mori, Hebr. 9. v. 27. Quia respectu diversorum objectorum intelliguntur. Prius ad mortem æternam seu secundam ut objectum respicit, posterius ad temporariam, quam omnes post peccatum subire tenentur, nisi peculiari exemplo eximantur. Non pugnant. Responde stulto secundum stultitiam suam, Prov. 26. v. 5. & non responde stulto secundum stultitiam suam v. 4. quia diversorum finium respectu dicuntur. Prius eo fine, ne sibi ingentem sapientiam arrogare pergat. Posterius, ne in similitudinem eius consentire videamur.

31. 4. Membra Contradictoria sub eodem ordine esse debent, si legitimè Contradictio expediatur. Ordo hic est verborum phrasumq; successio aut constructio. Hæc servari debes, si contradictio debeat esse legitima, non variari. Secus conversio aut transpositio aliqua expedietur, non Contradictio. Sic Om. homo est animal, & Quoddam animal est homo, conversa sunt, non Contradictoria. In Syllogismis propositiones reductionis gratiâ interdum transponuntur,

nuntur, ut majorem in sedem minoris, minorem in majoris tra-
 jiciamus. Ita non est Contradictio, Omnis homo est lapis,
 & nullus lapis est homo, quia extrema invertuntur. Hac &
 referri potest, cum copula vel verbum copulam conti-
 nens variatur, & profus aliud in locum prioris subro-
 gatur, vel ordo ejus, qui in priore erat, immutatur, vel
 alio tempore & significandi modo repetitur. Tum enim
 omnis vera cessat Contradictio. Ut omnis homo est vivus, Et
 nullus homo evadit, fingitur, pingitur, sculpsitur, vivus. Sic
 quidam homo est Doctor, Magister, artifex, Et nullus homo
 nascitur Doctor, Magister, artifex. Non ex quovis ligno fit
 Mercurius, Ex quovis ligno est Mercurius, Embryo fiet Cor-
 pus animatum, & Embryo non est Corpus animatum, Chri-
 stus judicabit mundum, & Christus non judicat mundum,
 mundus destruetur, & mundus non destruitur, Petrus erit
 Doctor, & Petrus non est Doctor, Simon vocabitur Petrus,
 & Simon non vocatus est antea Petrus, haud contradicunt,
 quia copula verbalis variatur vel in significato, vel signi-
 ficandi modo, per praesens aut praeteritum tempus, vel
 simile quid. Sic, post aliquot mea regna videns mirabor
 aristas, & post aliquot mea regna videns non miror aristas,
 sine pugna sunt, quia copula verbi variatur. Mustum non est
 vinum defaecatum, & mustum fiet vinum defaecatum, Roma
 non est pūuy, & Roma erit pūuy, Asinum tondeas, & asinum
 non tondebis, Petrus lupi alas queris, & Petrus lupi alas
 non quasivis, sine pugna dicuntur, copula enim variatur,
 & sic ordo prioris enuntiati variatur, cui contradicere debet.
 Sic, ex amico inimicus factus est mihi, & non ex amico inimi-
 cus fiet mihi, Si asinus volat, habet pennas, & non si asinus
 volat, habuit pennas, si Christus resurrexit, & nos resurge-
 mus, non si Christus resurrexit, nos resurreximus, Non &

*Aristoteles fuit Philosophus & Christianus, Et A. e. P. e. Ch. hodie sol
orietur, & hodie Sol non ortus est, extra veram Contradictionem
meant, quia semper verbum copulae vim habens, in signifi-
candi ratione immutatur. Sic in sacris non contraveniunt,
DEUM nemo vidit unquam, Joh. 1. v. 18. Et videbimus eum,
sicuti est, 1. Joh. 3. v. 2. quia copula temporis ad significationem
mutatur. Nemo hominum perfecte & intuitivè videt DEUM in hac vitâ:
Sed aliquando in futurâ de facie videbimus. Præteritum negatur,
futurum affirmatur. Hoc non est affirmatio & negatio ejusdem de eodem
formaliter & identicè sumpto, sed diverso. Sic Paulus erit vas
electionis DEI, Act. 9. v. 15. Et Paulus ingens persecutor
fidelium fuit, v. 13. non contradicunt, nam diversi temporis
copula significationem habet.*

32. 5. Membra Contradictoria sub eodem adjuncto sumi debent, si legitima requiratur Contradictio. Adjuncti nomine hic intelligitur, quidquid res enuntiatas circumstat, & imprimis locus, tempus, & persona. In Contradictione ergo membra eodem respectu ad locum, tempus, & personam, sunt sumenda, secus expirat Contradictio. Locus hic est terminus ubi, in quo aliquid actum. Tempus est designatio durationis, quando actum. Persona est designatio ejus, coram quo actum. Hac adjuncta cum alia & alia intelliguntur in membris Contradictoriis, contradictio legitima non est. Sic Iohannes fuit rudis, & non fuit rudis, sine Contradictione sunt, si prius in juventute, posterius in senectute intelligatur. Sic Cicero vicit causam sc. pro Roscio, & non vicit causam sc. pro Rege Dejotaro, non contradicunt, quia respectu diversarum Personarum accipiuntur. Ita, difficile est gestum agere, sc. præsentis & spectantis Roscio, & non difficile est gestum agere sc. præ-

praesente & spectante Theriste aut Tityro, sine Contradictione dicuntur, quia de diversis personis spectantibus intelliguntur. Sic, DEUS exaudivit Judæos adorantes se. sc. Hierosolymis orantes in templo ad arcam, & DEUS non exaudivit orantes se. Samaria aut Bethelis ad vitulos Ieroboami, sine pugna sunt, nam ratione diversorum locorum intelliguntur. Sic Salomon ambulavit in viis Domini, & non ambulavit in illis, non pugnant, quia respectu diversi temporis de eo dicuntur. Prius in juvenutis annis, posterius in senectute.

33. Cæterum inter Reformatos Amesius Respektum ejusdem loci in Contradictione servandum omnino negat, nec quidquam ad eam facere, nec diversitatem ejus Contradictionis naturam evertere posse. Tom. 3. Bellarm. enervat. l. 4. d. Euchar. c. 2. §. 14. Verba d. 5. Gy. Log. repet. t. 18. sunt adducta. Sed oppositum verum est, ut c. l. paucis ostensum. Hic Pluribus paulò deducendum, quando totam Contradictionis Naturam ex professo discutimus. Probari ergò Oppositum potest 1. Exemplis. Si de Legato quis dicat; Optimè Legatus rem expediit, & intelligat in Galliâ, & non optimè expediit, intelligendo in Angliâ, cessabit Contradictio, quia non respectu ejusdem loci predicata intelliguntur. Sic bellum optimè successit sc. in Hungariâ, non optimè, sed pessimè sc. in Thraciâ aut Bulgariâ, sine Contradictione sunt. Sic Bellum Venetorum cum Turcâ optimè successit in Cypro, non optimè in Rhodo, præter leges Contradictionis sunt, cum diversorum locorum ratione intelligantur. Ita Gedani venduntur poma, scilicet in foro, non venduntur sc. in Gymnasio aut Curiâ, habentur disputationes sc. in auditorio Gymnasij, non habentur sc. in templo, exercentur athleta, sc. in palastrâ, non exercentur sc. in Curiâ aut Basilicâ, omnia sine contradictione sunt, quia non de

eodem loco intelliguntur. Sic Christus non edidit multa signa in Judæâ, sc. Nazarethæ in Patriâ suâ, ubi educatus, & edidit multa signa in Judæâ, sc. Capernaumi, Bethsaidæ, sine verâ pugnâ sunt, quia diversis adjunctorum respectibus dicuntur. Vulneratus est Romæ, non vulneratus est Bononia, creatus est Doctor Salmanica, non creatus est Padue, Professore egit Romæ, non egit Lovaniæ, deliquium solare advertitur in India, Chinâ, non advertitur in Hispania, Peru, &c. Emi hoc pallium Noribergæ, non emi Hafniæ, Christus passus est Hierosolymis, non passus est Parisiis aut Venetiis, natus est Bethlehem, non natus est Capernaumi, omnia citra Contradictiones sunt, quia diversorum locorum respectu enuntiantur.

34. 2. *Authoritatibus.* Multi Logicorum identitatem loci in verâ oppositione requisiverunt, ne praesidenter nullum Logicum unquam, & eodem loco, addidisse, objiciatur. Dn. Melancton, cujus auctoritatem aspernari non debet Amestius, l. 2. erotem. Dial. p. 126. In oppositionibus eadem, ait, extrema sint de eodem loco & tempore, respectu ejusdem & sine ambiguitate intellecta. Luc. Lossius p. 48. erotem Dial. In propositionibus oppositis eadem sint extrema de eodem loco & tempore, respectu ejusdem & sine ambiguitate intellecta. D. Jac. Mart. præl. c. Keckerm. f. 1. l. 2. c. 7. ad conditiones oppositionis addit: Quibus nonnulli addunt, ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, in eodem loco. In prædiâ Logicâ l. 2. c. 4. *Witteberga venduntur poma, Witeb. non venduntur poma*, Contradictio non est, inquit, si diversus locus subaudiatur, & illa de foro, hæc verò de templo intelligatur. Regius qu. 8. d. prædicam. Opposita sunt, quæ in eodem tempore & loco circa unam eandem rem esse non possunt, Et l. 2. d. affect. prop. q. 5.

Inter

Inter pro
tione lo
p. 40. In
tur: Deli
& non n.
gam d. 2
Rhenium
26. n. 5. E
1. & lib.
perfvade
ejusdem d
tet respect
mutanter
mutat i
eodem m
tum tale
relatione
Vi emere
pati, vul
pinguis
expediri
optimè W
Lipfia, n
nem dicu
eas diver
35.
traditio
nec rem
prædicat
quam re
sunt, m

Inter propositiones oppositas non debes esse diversitas ratione loci, temporis, &c. Casparus Rodolphus l. 2. Dial. p. 40. In oppositione sit idem locus. Ergo non opponuntur: Delinquium solare minatur varios morbos & sterilitatem, & non minatur, indicatū diversis locis. Similia apud Arriagam d. 2. summ. §. 19. Mendozam d. 4. suum. §. 26. Rhenium l. 2. Log. pag. 182. Horneium lib. 3. Log. q. 26. n. 5. Bacchium l. 2. c. Her. Nicephorum, cap. 4. th. 1. & lib. 1. c. 4. p. 343. aliosq; reperies. 3. Ratio idem persuadet. Quia Contradictio debet affirmatio & negatio ejusdem de eodem formaliter & identicè sumpto esse, Oportet respectum aliquem identitatem ejusdem rei quadantenus mutantem, Contradictionem infringere. Sed respectus loci mutat identitatem ejusdem rei, ne simpliciter eadem & eodem modo se habens amplius maneat, quando predicatum tale est, ut vel à loco dependentiam aliquam, vel ad eum relationem obtinere possit, qualis complura omninò sunt. Ut emere, vendere, ambulare, moveri, quiescere, lucrari, pati, vulnerari, quaq; actiones, passiones, situs, habitus, propinquitates vel distantias, aut similia dicunt. Sic benè rem expedivit ibi. non benè alibi, &c. Optimè valui Lipsiæ, non optimè Wittebergæ, Leydæ. Sic mercatores multum lucrati sunt Lipsiæ, non multum Francofurti, omninò citra Contradictionem dicuntur, quia ad loca relationes admittunt, & per eas diversitates aliquas sortiuntur.

35. Si ob diversitatem temporis involutam hic Contradictionem expirare dicas, non loci, nec verè satis dices, nec rem plenè expedies. Non verè satis, nam propius talia prædicata ad circumstantiam loci intendere planum est, quàm temporis. Ex eo ergò, quod propius prædicata respiciunt, magis diversitas Enuntiatorum opponi apparentium
 a sti-

astimanda, quàm ex eo, quod remotius. Sic si dicam, optimè
 valui Lipsia & Iena, non optimè Leyda & Witteberga, respectus
 magis ad diversa loca enuntiatur, quàm tempora, etsi temporis
 diversitas simul implicetur, non tamen tam apertè explicatur,
 ac loci. 2. Nec plenè satis. Nam non semper temporis diver-
 sitatem in talibus enuntiatis involvi certum est, ut ex eâ ad-
 ducta Contradictionem amoliamur. Sic de DEO sub V. Test.
 ratione unius ejuldemq; temporis rectè dices, DEUS cultum
 sibi deferendum præscripsit, Hierosolymis subintelligendo, &
 non præscripsit, Samaria scil. DEUS in V. T. exaudivit preces
 Hierosolymis sc. fusas, non exaudivit Samaria sc. fusas, DEUS sa-
 crificia offerri jussit Hierosolymis, non jussit Samaria, &c. citra
 veram Contradictionem, nec diversitas temporis hic assignari
 potest, quocunq; enim tempore cultum, preces, sacrificia voluit, ut
 ex hac diversitate Contradictionis naturam tollere in his non va-
 leas: sed loci diversitas pugnam eorum Enuntiatorum per-
 spicue amovebit. Uno enim loco cultum sibi deferri jussit,
 non aliis. Sic Deus se publicè videndum, audiendum, exhibuit
 Hierosolymis, non Samaria aut alibi, rectè Contradictio amove-
 tur, sed ex loci adductâ diversitate, non temporis, qua nihil
 hic subsidij inferet. Simul enim unoq; tempore responsa dedit Hierosolymis,
 non autem Samaria. Loca diversa hic sunt: Tempus idem, Sic DEUS legem
 dedit Mosi in monte Sina, non dedit in monte Thabor aut Hermon, Idem
 temporis articulus notatur, sed diversitas locorum, ad qua prædicata de-
 terminantur, apparentem repugnantiam auferre potest. Sic de deliquio
 solari uno tempore, sed diversis locis viso, rectè citra Contradictionem
 dicam, Deliquium solare visum est, & non visum, diversis nempe locis.
 Temporis diversitas hic non tollet Contradictionem, quia
 idem esse præsupponitur: Sed locorum diversitas tollet, Prussia
 nempe, & Russia, quarum respectu simul visum
 deliquium solare, & non visam dicitur.



horum obli-
 tionis conc-
 desumi, or-
 credam, h-
 edo, quar-
 Contradi-
 illud, si in-
 andi med-
 posse asse-
 sed prædic-
 temur, u-
 quam cor-
 absoluta, r-
 dam auxili-
 busdam S-
 vivum esse
 esse, existi-
 serum &
 lia, addu-
 prædicata
 nis ad lo-
 Contradi-

DE AFFECTIONIBVS CON-
TRADITIONIS.
THESIS XXXVI.



Dixi, in *prædicatis* talibus loci diversitatem Contradictionem tollere posse, quæ vel à loco dependentiam, vel certam ad eum relationem obtinere queant. *Si nihil horum obtineant, ab assignatâ locorum diversitate Contradictionis conciliationem desumi non posse, aut non nisi aliene desumi, omninò consenserim. Et hoc facere illud Amesij credam, huiusmodi pharmaco, diversitatem loci assignando, quamlibet Contradictionem servari posse, si ea ad Contradictionem quidquam facere asseratur. Valeres illud, si in quibusvis prædicatis Contradictoriis conciliandi medium ab locorum assignatâ diversitate sumi posse assereremus. Sed nos id haudquaquam asserimus, sed prædicata ad eam rationem se habere oportere profiteremur, ut vel dependentiam à loco, vel relationem aliquam commodam ad eum importent. Sè prorsus sine absoluta, nihil à locis diversis ad Contradictionem amolendam auxiliij dari credimus. Atq; hic non omninò cum quibusdam Scholasticorum consentimus, qui & hæc prædicata, vivum esse & non vivum esse, creatum & annihilatum esse, existere & non existere, saturum & famelicum, miserum & felicem, Doctorem & non Doctorem esse, & similia, adductis locorum diversitatibus conciliare nituntur. Hæc prædicata nos pro absolutissimis habemus, quæ nihil relationis ad locum includant, & simul uni eisdemq; corpori citra Contradictiones per nullam locorum diversitatem assignari*

G

queant.

Respond.
Benja:
Baudach:
Sagana
Silesio.

queant. Quâ in re & quosdam Scholasticorum consentientes habemus, ut pluribus Tr. de Multipræsentiâ t. 63, deductum. Hoc modo planè non omnis Contradictio per hanc limitationem servari poterit, sed talis saltem, quæ ad localem rationem relationis quid includat. Ita ineptè Contradictionem conciliabis, Petrus est homo, animal, vivus, corpus, substantia, animatus, ens, sc. Roma, & non homo, non animal, non vivus, non corpus, non substantia, non ens &c. Gedani aut Cracovia. Est doctus, formosus Iena, rudis & non formosus Padua, &c. Nihil enim ad loca relationis hæc prædicata habent, & consequenter nulla locorum limitatione de uno subjecto cæteris identitatis requisitis servatus simul enuntiari possunt. Sed bene limitabis Mercatores multum lucrati sunt sc. Lipsia, non multum scil. Francofurti, quia prædicata ad locum relationem quandam admittunt.

37. Illud etiam circa hoc Contradictionis requisitum, loci identitatem, observandum, Loci vocem hic generalissimè & magis Metaphysicè sumendam, ut quaecumq; π s & ubi notet, in quo aliquid gestum aut dictum, etiamsi de ubi infinito & infiniti entis agatur, ut DEI, ut ex generali loci descriptione hic §. 32. tradita patet, non specialiter & physicè, quomodo corporum tantum esse, & alicubi circum scripturum inferre solet, ut tr. d. esse alicubi s. 4. §. 42. seq. ostensum. Ita ergo &, cum eisdem loci respectu Contradictoria asserenda dicimus, locum etiam generaliter de angelico π s, aut ubi Deus se revelat, intelligimus. Sic angelus Gabriel conceptionem Mariae annuntiavit, Nazarethæ scil. & non annuntiavit, Hierosolymis nempe, sine Contradictione dicuntur, quia respectu diversi loci dicuntur. Non quòd angelo in Spirituali essentiâ locus strictè dictus & physicus

competat
ne nostrum
dictus non
se exhibuit
rosolymis,
Bethlehem
verforum
loca, ut in
se reveles
Hierosolym
mis in ser
foram loc
lymitam
essemus,
38.
traditum
eos, Jerem
hujus, ho
tempori
tem Baby
cum insta
malum se
i. Reg. 2
v. 29. sin
genda, P
eo, quod
tempori
è terra,
rà, non
guntur,
cabo Po

competat, sed quòd locus dicatur quaecunq; ubi, quod ratione nostri locus dicatur, etsi angeli ratione locus propriè dictus non sit, nisi quatenùs in assumpto corpore videndum se exhibuit. Sic DEVS revelavit voluntatem suam Hierosolymis, & DEVS non revelavit eam, sc. Samaria aut Bethlehemi, citra Contradictionem esse dicuntur, quia diversorum locorum ratione asserti dicuntur. Non quòd vera loca, ut in nobis, DEO assignari queant: sed quòd alicubi se revelet, quòd nostri ratione locus dici soleat, ut templum Hierosolymitanum. Sic DEUS gratiose prasens fuit Hierosolymis in templo, non gratiose Samaria & apud gentes, diversorum locorum ratione dicuntur, non quòd templum Hierosolymitanum verus DEI locus sit, sed quòd nostri respectu, si ibi essemus, ita diceretur.

38. Ex hoc requisito identitatis adjuncti, non contradicunt in sacris, sedulus ero in plantando ac adificando eos, Jerem. 31. v. 28. seq. Et, percussurus habitatores civitatis hujus, homines & jumenta, c. 21. v. 6. De diversis enim temporibus intelliguntur. Prius de tempore post captivitatem Babylonicam & novi Testamenti, Posterius ante eam, cum instaret ruina gentis Iudaeae per Chaldaeos inferenda. Sic, malum super Ahab inducam, & successores ejus eradicabo, 1. Reg. 21. v. 21, 22. Et non vivo Achabo malum inducam, v. 29. sine pugna sunt, quia de diversis temporibus intelligenda. Prius de tempore vivi Achabi, posterius de defuncto eo, quòd pœnitentiã interveniente averisset pœnam à suis temporibus. Sic Gen. 6. v. 7. Excindam homines & pecudes à terra, & c. 8. v. 21. Non excindam amplius viventes à terrâ, non pugnant, nam prius de tempore instantis diluvij loquitur, posterius de tempore immissi jam & finiti. Sic adificabo vos & plantabo, non eradicabo, Jerem. 42. v. 10. Et

perdam Vos gladio, fame, peste, v. 17. *citra Contradictionem procedunt, quia ratione diversorum locorum dicuntur. Prius de terrâ Iudaâ intelligitur, si in eâ mansuri essent Iudæi: Posterius de Ægypto, si eò metu Chaldaorum se collaturi essent. Sic, in viam gentium ne abieritis, Matt. 10. v. 5. & Ite in uniuersum mundum, docete omnes gentes, Matt. 28. v. 19. non contradicunt, quia secundum diversa tempora intelliguntur. Prius de tempore Christi ante resurrectionem, cum ipse adhuc ut minister circumcisionis Iudaam obiret, & brevi itinere Iudaam Apostoli peragere deberent: postorius de tempore post resurrectionem, cum exanclato ministerij officio ut gloriosus triumphator cælum occupare debebat, tum in totum mundum Evangelium per Apostolos disseminari debuit.*

39. Ita requisita Contradictionis, & sic definitio ejus discussa. Priusquam ad divisionem tendamus, subjungenda sunt quedam competentia & affectiones, Contradictioni formaliter & abstractè à suis speciebus sumptæ convenientes. Eæ sequentes esse possunt. 1. Contradictio est oppositionum prima dignitate, & opponendi formali perfectione. Primitatem oppositionum Contradictioni assignat Aristoteles 10. Metaph. c. 4. Et indifferenter tam de Contradictione terminorum, quàm enuntiationum intelligi potest. In utraq; enim specie perfectior opponendi ratio in Contradictione est, quàm cæteris speciebus. In terminis infinita pugna est in Contradictoriis, ut homo, non homo, Ens, non ens. In enuntiatu perfectissimè, & idem præcisè negando, quod affirmatum fuerat, opponunt Contradictiones, Vt, om. homo est dives, Non omnis homo est dives. Cum contrarietas plus neget, quam affirmationi opponendo negari deberet. Vt, Null. Homo est dives. Negandum erat, omnem esse divitem, relinquendo interim, an quidam esset dives, an nullus, Et negatur, ullum homi-

hominem
legendum

n. 23. q.
Apud Kcc.

se, Unive

do enim n

fectioribu

perfection

animalibu

rerum pri

Naturali

imperfe

seq. Qui

dum put

negantia a

trariis affi

Contradi

c. 18. Se

posterior

primitate

priora esse

à contrarie

tem genus

Potius co

fura me

40.

perfectior

ut post pa

ctissimè

elongat &

hominem esse divitem. *Sed de quâ primitate hoc intelligendum sit, Authores variant.*

Keckermanno attribuit Scheiblerus Top. c. 19. n. 23. quod primitatem ratione ordinis doctrina intelligat. Apud Keckermannum ipsum id non invenio. Patetq; per se, Universaliter eam Contradictioni tribui non posse. Ordo enim melioris doctrinæ non semper à primis & perfectioribus progreditur, sed sæpè à posterioribus & imperfectioribus. *Ut in Physicis à plantis, metallis & brutis animalibus, ad hominem demùm procedimus, qui Physicarum rerum primus & perfectissimus. Sic à principiis rerum Naturalium inchoatur, quæ rebus ipsis compositis multò sunt imperfectiora. Ut in Logicis pluribus dictum, D. 16. t. 13. seq. Quidam de Contradictione ultimo loco tradendum putant, quod Contradictoria contraria negantia sint, negantia autem posteriora affirmativis, & mensurentur à contrariis affirmantibus, & sic affirmantia, ut mensura, priora Contradictionibus esse debeant, Ut Didericus l. 1. Dialect. c. 18. Sed hæ rationes parum ponderis habent. Negativa posteriora affirmativis Naturæ enuntiationis, non semper primitate ordinis, doctrina, aut evidentia, quomodo negativa priora esse possunt, V. t. 84. Falsum etiam, Contradictoria à contrarietate mensurari. Prasupponitur hic, Contrarietatem genus Contradictionis esse, quod falsum, ut §. 21. dictum. Potius cetera opposita à Contradictione ut primâ mensurâ mensurantur.*

40. Dicitur ergò Contradictio prima, 1. Dignitate, quia perfectior opponendi ratio est, quàm alia oppositionis species, ut post patebit. 2. Opponendi perfectione, quia perfectissimè opponit, maximè enim membra sua ab invicem elongat & removet, ut nulla Oppositio longius ea distudere fa-

ciat. Opponit enim ut ens & non ens, quæ in infinitum distant, ut nunquam concurrere aut ullum medium admittere possint. Distare autem hæc dicuntur, non positivè, quomodo realia & positiva distare dicuntur, Sic enim non ens non distat, cum nihil sit: Sed negativè, prout nihil magis alienum vel remotum esse ab alio intelligitur. Sic non ens maximè ab ente remotum. Hinc reliquæ oppositiones ad Contradictionem tanquam mensuram suam referuntur, & ab hac aliquid participant. Adeò, ut nulla foret specialis oppositio, si Contradictio non esset. Quia semper unum membrum oppositionum specialium includit alterius membri negationem seu oppositionem contradictoriam. Ut calor & frigus, in frigore includitur non calor, in calore non frigus, ideò opponi inter se possunt. Et quò plus reliquæ oppositiones de contradictione participant, eò vehementiùs ac validiùs opponuntur. Sic privativa oppositio terminorum, quia propiùs ad Contradictionem accedit, quatenùs affirmativi negationem privativam inserit, ut surdus, audiens, videns & cæcus, quomodo contradictio affirmati semper negationem absolutam seu infinitam importat, ideò post Contradictionem validissima est, & superior contrarietate aut relatione, quæ inter terminos positivos sunt, quorum negatio ita aperta non est, ac in Contradictione & privatione.

41. 3. Opponendi simplicitate. Contradictio est omnium oppositionum simplicissima, quia nullam ante se præsupponit aut includit, sed cœteræ ex ejus virtute habent, quidquid oppositionis habent. Versatur enim in genere primo & simplicissimo, esse & non esse, quo nihil prius aut simplicius. Quod & in terminis Contradictorius est aperium, ut homo, non homo: Et in propositionibus, ut homo est animal, homo non est animal. Omnis homo sentit,

non om. homo sentit. Esse & non esse simpliciter eodem modo respectuq; enuntiatur. In contrarietate enuntiationum non ita simpliciter affirmatur & negatur esse, sed aliquantò latius. Sic, Om. homo est doctus, Nullus homo est doctus. Plus negatur, quàm ad simplicem affirmati illius negationem opus erat. V. §. 39. Privativa oppositio etiam non ita simpliciter negat, ut videns & cæcus. Negat enim in determinato subiecto, quod habitum habere possit & deberet, ut homo videns & cæcus, adeoq; negationem cum subiecto quasi compositam habet, ut certum subiectum requirat, cui negatio illa habitus competere possit: Sed Contradictio negat citra ullam subiecti determinationem, & negationem ab omni subiecto præcisam ac liberam habet, ut nullum ejus inferre necessum habeat. Ut videns, non videns, in infinitum, etiamsi hoc non ens & nihil sit. Homo, non homo, in infinitum negationem simplicissimè extendendo, nullum determinatum subiectum assignando. Hactenus maxima opponendi simplicitas in Contradictione præ cæteris oppositionibus & terminorum & enuntiationum. 4. Mensurandi habilitate. Contradictio mensura cæterarum Oppositionum est, cujus participatione majores minoresq; oppositiones fiunt, ut §. 39. visum. Prima enim, perfectissima, & simplicissima opponendi ratio est, sive terminos spectes, sive enuntiationes. Primum autem & perfectissimum in unoquoq; genere mensura cæterorum esse solet, ut ex 2. Metaph. c. I. in Metaphysicis constituitur.

41. Dices: Si prima & perfectissima oppositionis ratio est, ubi membra opposita maximè ab invicem elongantur, Ergò prima opponendi ratio in habitu & privatione erit. Privatio enim ita elongat oppositum habitum, ut ad illum per Natura vim nullus regressus esse possit. Sic

mors

mors ita à vitâ distare facit, ut per Naturam ad eam regressus non detur. Sic cecitas à visu, surditas ab auditu, claudicatio ab recto incessu? Sed contradictio ita elongat, ut & naturaliter ad oppositum regressus detur. Sic ex non homine fit homo, non docto doctus, non ente ens. R. Tum prima oppositio, cum membra maximè à sese elongantur, scil. ut alterum simpliciter destruat, & nihil absolutè ejus relinquatur. Ita Contradictio maximè elongat membra, quia in non Ente simpliciter nihil oppositi membri, entis, relinquatur, adeoq. & subjectum in totum, & potentia in ipso tollitur, ac ita Oppositionum prima erit. Privatio autem ita elongat, ut tollat quidem, sed non totaliter & simpliciter, relinquit enim subjectum & potentiam ad habitum saltem remotam, quâ habitus reduci possit: Et obstaculum saltem ponit ad habitum, ejusq. potentiam propinquam, ut ea subjecto inesse non possit, vel ne actus elici possit, etiamsi interdum potentia propinqua relinquatur. Sic à tenebris ad lucem, somno ad vigiliam, torpore ad alacritatem, etiam per Naturam regressus est, quia solius actus est privatio, non subjecti, aut potentie remota vel propinqua. A cæcitate & surditate partiali vel ascisâ etiam interdum regressus ad habitus datum fuisse exempla Chirurgica & Lithotomica docebunt. Contradictio autem & subjectum & potentiam in totum tollit, ut ad oppositum regressus nullâ vi, nec remotâ nec propinquâ, dari queat, nisi planè extraordinariâ & divinâ, quomodo DEUS ex non entibus vocat existentia, Rom. 4. v. 17. *Neg. in Naturâ ex non homine, ut contradictoriè & in infinitum negat, fit homo, sic enim ex nihilo simpliciter fieret, quod Natura impossibile: sed ut p̄os & privativè negat, ut semen, sanguis, &c. est, qua sunt non homines, non in infinitum, sed determinatè ad certum ens, quod potentiam ad hominem in se habet. Eodem modo ex non docto doctus, & non ente ens fit,*

42.
Fortissim
quia prim
est, qua f
veniant,
utraq. ve
verè form
nitur medi
& conven
diatè, ut
sed remiss
est fortiss
autem op
admittur
rem, albu
tiva, sic i
dens, ut la
& Filium
nimata.
mediorum
pativè ne
homo neg
lum medi
aliquid re
opponit,
dictione
videretur.
& nullu
posse vid
tere G. 1

42. 2. Contradictio est oppositio simplicissima, & Fortissima. De simplicitate §. 40. visum. Fortissima est, quia prima & perfectissima, §. 27. Et inter Ens ac non ens est, qua fortissimè & in infinitum pugnant, ut nec in ullo conveniant, nec medium rei alicujus interiacentis, qua vel utraq, vel neutra ex membris sit, si Contradictio vera & verè formata sit, ullà ratione admittant. Cum enim ponitur medium inter duo distantia, medium ipsum distantiam & convenientiam illorum ostendit. Undè, qua opponuntur mediàtè, ut medium aliquod admittant, non in summo gradu, sed remisso, opponuntur, & consequenter oppositio eorum non est fortissima, cum fortior sit oppositio immediata. Coeteræ autem oppositiones omnes 1. Medium vel participationis admittunt, ut contraria, velut calidum & frigidum teporem, album & nigrum virorem, vel negationis, ut privativa, sic inter cæcum & videns est negatio media, non videns, ut lapis, mensa, scamnum, & relativa, sic inter Patrem & Filium est non Filius, ut aurum, stannum, aliàq, inanimata. Sola autem Contradictio est oppositio neutrum mediorum agnoscens, ut homo, non homo, non participativè nec negativè medium realitatis agnoscit, cum ?o non homo neget in infinitum, ut nullibi sistat, consequenter nullum medium agnoscat, quod negationem illam ad medium aliquod redigat, & consequenter Contradictio fortissime res opponit, Vt, 47. plurib. patebit. In terminorum Contradictione res est manifesta. In propositionum incertior videtur. Vt, Omnis homo est lapis, Non omnis homo est lapis, & nullus homo est lapis, qua inter assignatas adhuc interponi posse videtur. Sed & hic reverà nullum medium intercurt. s. r. de Opposit. Enuntiationum §. 59, 60. liquebit,

eam regref-
litu, claudi
ut & na-
homine fit
um prima
er, scil. ut
ejus relin-
ra, quia in
relinquitur,
collitur, ac
sa elongat,
relinquit e-
motam, quã
ad habitum,
non possit,
propinqua re-
tam, torpore
solius actus
propinqua. A
dam regrel-
Lithosomi-
potentiam
nec remotã
rdinariã &
existentia,
ne contradi-
nihilò sim-
põis & pri-
va sunt non
cerum ens,
modo ex non
42. 2. Con.

& que interponi videntur, apparentiam mediorum saltem habere ostendetur, non veritatem.

43. Cæteræ autem oppositiones, sive in Enunciatis sint, sive terminis, omnes in eo à Contradictione recedunt, quod medium aliquod admittant. Ita In contrariâ oppositione, quæ sola vera post Contradictionem propositionis est Oppositio, ut in doctrinâ de Oppositione doceri solet, inter has duas, *Omnia homo est dives, & nullus homo est dives, quæ Contrariæ, media intercurrit, quidam homo est dives. In terminis, oppositû, præter Contradictorios, media intercurrere §. 40. patuit. Et quantò plus inter extrema de medio admittunt, tantò magis à fortissimâ oppositione recedunt: quantò minus medii admittunt, tantò propriùs ad contradictionem accedunt, & fortiores oppositiones censentur. Conveniunt autem quadam Opposita in medio generis, ut medium sit in eodem genere cum extremis, ita albedo & nigredo in vâredine conveniunt, quæ sub eodem genere cum illis est, colores quædam in medio materia & subiecti tantum, non generis. Sic habitus & privatio conveniunt in medio subiecti, ut cæcitas & visus in animali, mors & vita in animato seu vivo, quæ subiecta non ejusdem generis cum extremis, Hac enim ut qualitates vel habitus, ista ut substantia se habent: quædam in medio dependentiæ & mutuæ positionis. Sic in relativè oppositis, etsi non sit medium generis, ut inter paternitatem & filiationem non est relatio media, quæ etiam relatio sit, & eodem generi cum extremis subiecta: Est tamen medium dependentiæ, quâ in relatione ita conveniunt, ut unum dependeat ab altero, ponat alterum, tam in essendo, quàm cognoscendo, ut unum sine altero existere & cognosci non possit. Nihil horum est in Contradictione. Nec medium genus, inter Ens enim & non Ens non est medium quid, quod in eodem*

dem cum
simplici
Non ens
qua cum a
ria: Posi
ponitur si
sint non
filii. Me
nere con
sitionum

44.
medium
dictoria
si dicam
ergo rer
propinq
stat, prop
dius est d
linguatur
mara non
gativè, a
stendo,
teriorum
§. 50. si
tivè, si e
dicatur
mandum
ultra ex
ens non
pinquum
stiam

dem cum Ente & non Ente sic genere, non Ens enim simpliciter extra omne genus est: nec medium subjectum. Non ens enim & nihil subjectum nullum habere potest, in qua cum altero conveniat: Nec medium mutuae dependentiae. Posito enim Ente non ponitur non Ens, sicut posito patre ponitur filius: nec cognito ente cognoscitur ex natura entis distincte non ens, sicut ex cognitione Patris distincte cognoscitur filius. Maxime ergo Contradictoria distant, cum in nullo genere conveniant, & consequenter Contradictio omnium Oppositionum est validissima.

44. Dices I. Etiam inter Contradictorios terminos medium esse potest. Sic distans & non distans Contradictoria sunt. Sed inter ea medium est agnoscendum, si dicam, Chimæra à me distat, aut non distat. Si distat, ergo remota est, & reverà existit. Si non distat, Ergo propinqua est, & iterum existit. Quod enim non distat, propinquum est. Hic inter terminos Contradictorios medium est dandus, per quem Chimæra non existens & nihil relinquatur. R. Nullo hic medio termino est opus, sed Chimæra non distans dici potest, sed non positivè, verum negativè, distantiam negando in infinitum, nusquam sistendo, & ad aliud determinando, Quomodo Contradictoriorum alter terminus in infinitum negare debet, ut §. 50. §. 1. & l. 2. §. 7. constabit. Si quid non distet positivè, i. e. ut revera existat, id demum propinquum esse dicitur. Sed Chimæra non distat negativè, ut non affirmandum sit, an existat, sed præcisè in negando sistatur, nec ultrà extendatur. Ex eo propinquitas non sequitur. Sic non ens non distare dici potest, non positivè, quasi existat, & propinquum esse inde colligatur, sed negando simpliciter & distantiam & existentiam, nullam affirmationem inferendo.

Si 7^o non distans explicetur positivè, *ut sit idem ac propinquè ubicatum, & distans idem, ac remotè ubicatum, inter qua medium, neutram seu nullam ubicationem habere, detur, negabitur*, ex veris Contradictoriis oppositionem esse, quorum alter terminus semper est negativus, non positivus. Distare autem & propinquum esse utrumq; ex termino positivo est, non altero negativo. *Sic rationale & brutale non sunt termini Contradictorij: Sed rationale & non rationale, sub hoc negativo infinite omnia complectendo, quacunq; à rationali diversa sunt, etiam non entia, non determinando precise ad alterum positivè oppositum membrum, brutale. Simile de distans & non distans habendum. Negatio nempe Contradictoria non est alicujus determinata rei, quam inde inferre liceat, vel circa determinatum subiectum, ut privatio: Sed est absoluta negatio, ita ut terminus iste sit non ens, & nihil negativum.*

45. 2. In propositionibus Contradictoriis omninò medium dari potest, & consequenter illa non est fortissima oppositio. *Sic, aut amisisti cornua, aut non amisisti, datur tertium, aut nunquam habuisti. R. Apparens saltem hoc medium est, & virtute in altero membro, non amisisti, latet, ut l. 1. de Oppos: Enuntiat: §. 60. pluribus docebitur. Non amittere ita latè sumendum, ut & nunquam habuisse includat. 3. Omnes reliquæ oppositiones includunt Contradictionem, & præterea suam propriam opponendi formam superaddunt, & consequenter fortiores sunt Contradictione, nam præter illam & suam propriam superjiciunt. Sic albus & niger involvit Contradictionem, nigrum enim est non album. Et præterea positivum membrum contrarium addit, ex quo fit contrarietas. Sed ubi tale tali additur, fit magis tale. E. & hæc oppositiones magis tales,*

tales, &
respon
esse, no
Compar
habear,
perfectior
perfectior
habet. Ita
pria natu
nis, quib
autem no
in quodam
ac expulsi
Contradi
salido rep
quæ Contr
propria n
pant. It
46
non solu
tio ejus
si effectio
esse minue
sunt mag
sur. Sic
jeitur, no
Co. 30. H
attribua r
Sic si dic
alienaus
gu tale f

tales, & consequenter fortiores Contradictione. R. Quidam respondent, oppositiones solitarias ad se ipsas conferendas esse, non ut cum aliis concurrunt & velut duplicantur. Comparandas esse in eo, quid quævis ex propriâ naturâ habeat, non quid ex inclusione alterius. Sic natura est perfectior arte, ex eo, quod cuiq; proprium est. Ars potest perfectior esse naturâ, ex eo, quod naturam simul junctam habet. Ita Contradictio fortissima oppositio ex se & propriâ naturâ spectata, quia ens & non ens in infinitum opponit, quibus major distantia esse non potest. Contrarietas autem non infinitum opponit, sed rōs, & certas formas, quæ in quodam conveniunt, genere nempe, & causaliter tantum ac expulsivè sibi adversantur. Ita hæc oppositio minor omnino Contradictione. Plus enim non ens Enti, quàm frigidum calido repugnat. Quod autem contraria magis opponuntur, quâ Contradictionem involvunt, hoc non habent præcisè ex propriâ naturâ, sed quâ ex Contradictione aliquid participant. Ita Suarez d. 45. Metaph. s. i. n. 12.

46. Rectius respondetur, additum tale tali, quod non solum formaliter sit tale, sed & effectivè, ut effectio ejus non impediatur, facere magis tale, non autem si effectio ejus impediatur. Sic enim additiones possunt esse minuentes. Sic in Chymicis multa similibus additis non fiunt magis talia, sed minus, nec intenduntur, sed retunduntur. Sic Mercurius sublimatus addito Mercurio crudo compejicitur, non intenditur, ut Libavius l. 7. synt. arc. Chy. c. 30. tradit. In diatartaro sublimato, arsenico dulci, acris acribus retunduntur, ut idem dip. d. theriac. t. 43. habet. Sic si dico, homo pictus, sculptus, moriuus, est determinatio alienans, ut Scholastici vocant, & quæ esse hominis non magis tale facit, sed minus, Tollit enim illud. Sic liberalitas

est prodigalitas moderata, Recitator est liber loquens, semen est herba aut arbor in potentia, Embryo est homo generandus, & similia additamentata predicata sua non faciunt magis talia, sed minuunt, & non talia esse faciunt, nisi addere aliquid videantur. Sic in simili, quod ceteræ oppositiones ad contradictionem addere videntur, minuens quid fortiorem oppositionem est, non intendens. Revocat enim infinitam negationem ad certum genus, in quo constat, quod est efficacissimam opponendi rationem minuere, qua illimitatè negat, cum haec limitatè. Magis autem repugnant, quæ in nullo genere conveniunt, ut Contradictoria, quàm quæ sunt in illo, ut contraria, privativa, & relativa. Et fortiores ergò oppositiones in illis sunt, quàm hæc, & consequenter manet Contradictio oppositionum omnium fortissima. 4. Pugna duarum Contrariarum propositionum fortior est, quàm Contradictoriarum, quia affirmat & negat ex toto universaliter, cum hæc neget particulariter & ex parte. Ex toto autem pugnare fortior pugna est, quàm ex parte. E. & contrarietas fortissima oppositio erit. R. Contrarietas est fortior oppositio ratione extensionis, plura enim sub ambitu complectitur, & ad latiora subjecta funditur, quia universaliter opponitur: Sed contradictio est fortissima ratione intensiōis, & firmitus pugnat, cum membra ejus ratione veri vel falsi nunquam coincidere possint, ut in Contrarietate interdum fit, sed æternum dijuncta maneat, ut una pars vera, altera falsa existat.

47. 3. Contradictio per se caret simpliciter omni medio realitatis & existentiæ, tam participationis, quàm negationis extremorum, & generis & subjecti. Hoc est, Inter duos terminos verè Contradicientes, & qui in in-

infi-

infiniti
vel utru
pare qu
ster. ut
Contra
autem a
Ratio su
ens, affir
est, qua
inter calo
non ens,
eodem
nihil dar
nec ens
aut non
omnia, q
aut Enti
utroq;
negation
continer
tum alie
homo, na
nec quidq
extremor
simplici
& prop
bus per
tiones,
tionis
clufione
deni ven

infinitum sibi repugnent, nullam rem dare licet, *qua*
 vel *utrumq;*, vel *neutrum* de terminis *Contradictoriis* partici-
 pare queat. Tradit hoc de *Contradictione* Aristoteles 1. po-
 ster. ut §. 18. *visum*. Idemq; 10. *Metaph.* c. 4. *habet*.
Contradictionis, dicens, non est *medium*. *Privationis*
 autem alicujus est. *Nam omne est aequale aut non aequale*.
Ratio sumitur ex eo, quia *Contradictio* opponit ut *ens & non*
ens, *affirmatio & negatio*. *Inter haec autem non res aliqua*
est, *qua* vel *medium* participationis s. generis sit, ut *tepor*
inter calorem & frigus, non enim aliquid simul *& ens est*, *&*
non ens, *& quod de utroq; extremo* participes, si proprie
 eodemq; respectu termini sumantur: vel negationis, cum
 nihil dari queat, quod *neutrum* inter *ens & non ens* sit, adeoq;
nec ens, *nec non ens*, sed *ἰδέσθω*. Quodlibet enim est
 aut non est, ut §. 65. *videbitur*. *Et negatio completitur*
omnia, *qua* sunt extra *affirmationem*, & sic nihil realitatis
 aut *Entitatis* in medio relinquit, nihilq; distinctum ab
 utroq; extremo, ut *non sit idem* vel cum *affirmatione* vel
negatione. *Omnem formam realitatis & Entis* necesse est
 contineri sub altero *Contradictionis* extremo, & omne subje-
 ctum alteri *Contradictionis* parti subjacere necessum est. Sic
homo, *non homo*, *calor*, *non calor*, *medium nullum* habent,
nec quidquam rei vel subjecti est, quod non ad alterum illorum
 extremorum referri possit. Confer §. 42. *Dicitur per se &*
simpliciter *Contradictio* carere medio. *Hoc est*, *ex seipsa*
& propria natura. *Est enim ipsa affirmatio & negatio*, qui-
 bus per se convenit, non habere *medium*. *Ceteræ opposi-*
tionis, si *medium* non admittant, beneficio *contradi-*
ctionis est, *quia unum oppositum alterius negationem & ex-*
clusionem à subjecto virtualiter dicit, ut *cæcus inferi non vi-*
dens beneficio *contradictionis*: vel *medio* carent non simplici-
 ter,

ter, sed sub illo genere *mediam formam non agnoscendo*. Sic *Contraria immediata*, ut *leve & grave, humidum & siccum, rationale & brutale, mediam speciem sub suo genere non agnoscunt*, ut *Corpore misto, Elementis, animali*. *Simpli-*
citer tamen multa media inter se habent, ut Angelum, Deum,
caelum, &c. Quidam *Contradictionem immediatam* negant, quòd *subjectum aliquod deitur nec formam nec privationem ejus habens, qua tamen contradictorie opponantur, ut Arriaga proem. Meta. §. 10. De hoc §. 53. videbitur.*

48. Dices 1. *Ens in potentia* Ens dicitur, quia *lates in potestate causarum, & non Ens est, quia nihil in existentia est. Sic Androgynus & mas & non mas, luscus & videns & non videns. E. participat de utroq; extremo, & sic Contradictionis medium per participationem est. R. Ens in potentia Ens dicitur, sed latissime: Verius in seipso est non ens, nullam n. existentiam veram & realem de facto adhuc habet, sed de futuro aliquando habere poterit. Non participat simul de utroq; Contradictorio; sed revera considerando Non Ens est. Ens dicitur appellatione alienante & minuente, quomodo & ficta, & rationis Entia dicuntur, cum revera non entia sint, quantum ad Essentia veritatem & realitatem. Conf. Tract. d. Ess. alic. s. 1. §. 12. Androgynus est mas, sed imperfectus dicitur non mas, non simpliciter, quòd verè contradictorium priori esset, sed comparatione perfecti maris. Ita & luscus non videns comparatione perfecti videntis, absolute tamen videns est. Conf. §. 28. 2. Modus Entis fundamentaliter consideratus Ens est, quia entis & in Ente, ut materiali & fundamento suo. Idem non Ens dicitur, quia Enti contradistinguitur, & non ens, sed Entis modus dicitur. Ergò medium participationis inter Ens & non Ens. R. Modus verissime Ens est, sed formaliter non Ens dicitur, non absolute & omni-*

& omnimodè, sed quadantenus, quatenus Enti contradi-
 stinguitur. Non ac si merum nihil esset, est enim aliquid,
 & gradus veluti quidam Entis: Sed quod eo sensu Ens non
 sit, quo materiale ejus Ens dici solet, nempe cui modi
 & attributa attribui possunt. Sic enim modi habent
 modos, & hi alios, & sic in infinitum procederetur. Et sic
 significatum Entis mutatur, sicq; Contradictio expirat. Hoc
 respectu in formali sua consideratione non ens, materiale
 nempe, dici solet, ei enim contradistinguitur. Sic fervor &
 tepor formaliter calori contradistincti, non calores, sed gradus
 ejus dici solent; absolute tamen & fervor & tepor quoad rem
 calor quidam est, non autem non calor. Vt pluribus Tract. d.
 est. alicubi s. 1. §. 13. dictum. 3. Etiam contraria quæ-
 dam non habent medium, unde immediata dicuntur,
 ut leve & grave, humidum & siccum, durum & molle.
 Sic & rationale & brutale in animali nullum medium habent.
 Ita privativa in subjectis capacibus sumpta medium non habent.
 Sic nullum animal est, quin sit videns aut cæcum, nullum ani-
 matum, quin sit vivum aut mortuum. E. non solis contradicto-
 riis assignandum, quod careant medio. R. Contraria & privativa
 in subjectis aptis carent mediis, sed vel generis, vel subjecti, & ita
 ipsæ media non habent: Absolute tamen innumeras formas
 medias ad neutrum contrariorum pertinentes habent, ut
 leve & grave, Angelum, cælum, calorem, albedinem, paterni-
 tatem, filiationem, actiones, passionem, quando, situs, &c. Pri-
 vativa eadem & similia absolute pro mediis agnoscunt. Sola
 autem Contradictoria medio simpliciter carent, & generis &
 subjecti. V. t. 42. seq. Et ita rectè solis Contradictoriis assi-
 gnatur, quod simpliciter medium non admittant.

49. 4. Peccatum est Ens, quia ob id damnatur. Pro-
 pter non ens autem & nihil nemo damnari potest. Et idem

etiam formaliter dicitur non ens, quia est anomia & negatio debita rectitudinis in subiecto. E. inter ens & non ens medium, quod de utroq; participat, & sic non simpliciter caret medio Contradictio. R. Peccatum dicitur ens ratione materialis sui, actus vel habitus, vel quasi habitus, in quo subiectatur, & quo cum semper copulatur. Idem non ens formaliter dicitur, cum abstractè materiali suo contradistinctum spectatur, non absolute & in infinitum negando, quod contradictorius terminus facit, sed quadantenus, ut privatio in subiecto apto & debito, cui contrarium inesse deberet. Ita Contradictio non est secundum eundem modum, & sic non legitima. Et non ens non negativum, sic nihil esset, & vere contradictorium ens, nec damnare coram DEO posset: sed privativum, quod non est simpliciter ens oppositum, cum quodammodo ens sit, sed defectivum, quomodo ceteras defectiones, ut cæcitatem, surditatem, & similia, entia privativa dicere solemus, Quia aliquid citra fictionem mentis subiectis suis conveniens sunt. Tale quid propria hominis malitia inductum damnare, & reum coram DEO facere potest. Est non ens peccatum, si ens pro reali & positivo sumas. Non est, si pro quolibet subiecto suo citra figmentum competente. Ita ens privativum est. Et Contradictio non in iisdem terminis eodem significato constantibus est. s. Cum eminens videtur animal se movens, cognoscitur esse animal, & hoc affirmatur, & non cognoscitur esse rationale, sed videtur brutum, adeoq; negatur rationale esse. Ita idem obiectum simul eodem tempore affirmatur & negatur, & sic contradictio utrumq; extremum simul admittet, quod est medium inter ea membra. R. Cum cognoscitur animal & negatur rationale, tum non cognoscitur idem & non cognoscitur, sed diversum, & Contradictio eundem considerandi modum

non servat, quod facere debet, ut §. 25. visum. Animal est generalius quid & conceptus velut confusus: rationale specialius quid & conceptus distinctior. Etsi realiter in uno subiecto, ut homine, sine eadem: ratione tamen & magis minusve præcisâ consideratione sunt distincta, Unde unum affirmari, alterum negari potest, citra veram Contradictionem.

§o. 6. Contradictio termini expeditur per terminum infinitum. Sed omnis infinitus aliquid determinari præter sese ponit, ut homo est non leo, h. e. aliud quid à leone, rationale quid, Lapis est non videns, i. e. aliud quid à vidente, substantia insensata nempe, & sic consequenter. Sed illud determinatum est inter utrumq; Contradictionis membrum medium. Sic de Bucephalo, homo, non homo, si absolute neget, utrumq; falsum est, Non enim Bucephalus ita non homo est, ut prorsus non ens sit, sed ut aliud ab homine sit, & verum alioquin ens. Hoc autem medium quid inter hominem & non hominem Contradictoriè sumptum est. E. & Contradictio medium admittit. R. Negatur antecedens, Contradictionem termini fieri per terminum infinitum, sed fit per terminum absolute negativum. Contradictorius enim tollit simpliciter, quod positum erat in opposito, ut ens, non ens s. nihil: sed infinitus tollit ita, ut distinguat id, quod ponit, ab finito, nec simpliciter neget, quod infinite ponit, sed neget tantum, tale finitum esse id, quod infinite ponit, & finito termino exprimi nequit, adeoq; infinita negatio quodammodo privativa negationi respondet, non Contradictorie. Iam falsum est, determinatum id, quod ex termino infinito colligitur, medium inter utrumq; Contradictionis extremum esse. Sub negativo enim continetur, quod quia in infinitum & amplissimâ

ratione negat, omne id complectitur, quod ab opposito sibi membro diversum est. Sic de Bucephalo *id non homo etiam id, quod aliud quid ab homine revera est, ut equus, bos, leo, complectitur, etsi in quantum Contradictorium homini, formaliter illud non enuntiet, Siquidem nihil determinat.*

51. Contradictorius ut sic, tantum absolute negat, ut nihil determinet, *an sit vel non sit, tale vel tale sit, ut non homo, de Bucephalo, ut Contradictorium est, tantum negat oppositum suum terminum, hominem de Bucephalo: An bucephalus revera existat, an equus, bos, vel aliud ab homine revera existens sit, hoc Contradictorium ex se non determinat, sed ex infinito ita inferre licet, qui non est formaliter Contradictorius, etsi ad eum referri possit, & sub ejus amplitudine comprehendatur. Aliud est infinite, h. e. indefinite negare, hic aliud quid inferre licet, & hoc facit terminus infinitus: aliud in infinitum negare vel negationem extendere, ut nusquam sis, hic nihil inferre licet, & hoc facit Contradictorius. Sic Chimera sub alterum Contradictorium cadit, non homo. Hoc tantum negat hominem de Chimera. An alias revera existat, an aliud quid ab homine sit positive, v. g. draco, leo, serpens, ex Contradictorio, ut formaliter talis est, non elicies, sed vel ex reali rerum ipsarum cognitione, vel termino infinito, qui ita inferri patitur.*

52. Dices: Si Contradictorius ita absolute tantum negat. E. ut non ens & nihil negat. Sed ita negare non potest de omnibus rebus, faceret enim utrumque Contradictionis membrum falsum de re aliqua, quod absurdum, & contra naturam Contradictionis. Sic de Bucephalo nec homo nec non homo in infinitum negando enuntiabitur, foret enim

non ens & nihil, quod falsum est de Bucephalo, cum reale ens fuerit. Nec homo est, ut patet. Ita neutrum Contradictionis membrum verè de eo enuntiabitur, & erit tertium dandum, quod verè ei aptari possit. R. Ergò ut non ens, & nihil sc. termini oppositi negat, non autem præcisè non Ens transcendenter negat, nisi ubi Enti oppositus fuerit. Sic ò non homo nihil sc. hominis ait, & hominem in totum negat. Ita de bucephalo non ens dicitur ratione hominis, cui ò non homo Contradictoriè opponitur, non autem indefinitè etiam ratione entis transcendenter sumpti, non enim enti opponebatur. Si de bucephalo ens & non ens dicas, sub altero membro, ente, comprehendetur. Sic de homine dico, non canis, non leo. Canis, leo, in infinitum de homine negatur, nihil ponitur aut affirmatur ejus termini, cui non canis & non leo sunt oppositi. Interim ens aut substantia per istam negationem esse non negatur, non enim enti & substantia contradicit ò non canis & non leo, sed cani & leoni. Deinde aliud etiam est, ex terminis Contradictoriis alterum alicui tribuere, hoc semper procedit, & in materiis etiam fictis & impossibilibus licet, ut, homo, non homo, de Chimara non absolusè negando dici potest; sub eo enim continetur: Aliud, in propositione infinità infinitè de aliquo aliquid prædicare, ut & subjectum reverà sit, & aliud quid à term. finito esse inferatur. Hoc in infinitis propositionibus licet, sed terminus tùm verè Contradictorius non est, nec de fictis & impossibilibus ita enuntiare licet. Ut Cerberus est non homo, inferetur hinc, cerberum esse, & aliud quid ab homine esse, quod utrumq; falsum. Ex termino infinito tale prædicatum est, non ex Contradictorio. Et in fictis non nisi falso ita enuntiatur. Pluribus hac ex l. 2. §. 7. 8. seq. patebunt.

53. Ita de medio realitatis, veritatis, & existentiae in Contradictione se res habeat, quod nullum detur. De medio nostrae ignorationis, & in cognoscendo negationis, interdum secius se habere queat, & utrumq; Contradicens membrum in abstrusa materia incognita esse, & expressa forma, N. L. A. h. e. non liquet, amplio, dixisse liceat. Fieri enim quandoq; potest, Vt in re abstrusa & incognita totam rem removeamus, praescindamus, & non liquere asseramus, assensum suspendamus, & neutrum membrorum adhuc determinemus. Nempè quia res adhuc intricata & non satis perceptibilis est, ut vix certi quid constet, quid asserendum sit, adeoq; nec esse precise, nec non esse, in tam difficultibus determinationibus eligere queamus. Et tali casu propriè non medium rei & essentiae Contradictoriis assignatur, quod nullum est: sed res tota relinquatur & praescinditur, ut non satis adhuc perscrutata, & ignorantia potius agnoscitur, quam iudicium temerè praecipitur. Sic, filius Dei aut fuit, antequam genitus est, aut non fuit, additur, aut non liquet, quomodo circa talia in generatione divina specialiter se res habeat. Sic, aut totum esse Pater filio communicavit, aut non totum, additur, aut non constat, què circa istas specialitates divina procedant. Aut eandem numero essentiam Patris filius DEI habet, aut non eandem, adde, aut totum hoc non liquet, & ad videre in caelis reservandum, non ad disceptare in terris veniendum. Divinorum speciales modos nec cognitos habemus, nec assignare debemus; sed ignoramus. V. de Multipraf: t. 57. 58. 97. Ex illis autem specialis talium decisio dependet. Videbimus autem aliquando in caelis, qua hic ignoramus in terris, & cum desiderio videndi expectamus,

Sic,

Sic
 civè aut
 aliquo mo
 species. V.
 96. Sic tr
 sunt aut n
 losophicis
 credere, ca
 cultis mor
 non, oviri
 illa, an m
 sto conse
 Theologi
 differend
 babiliter
 unam pra
 iramq; pr
 rationali
 bens. V.
 determin
 Vi, Infan
 non, & e
 DEI comm
 Rom. 14
 nis ob er
 Arminia
 inigen pro
 calumnia
 54
 impossibi
 falsam eff

Sic, *DEus Corpus in multis locis sistet* aut definitivè aut circumscriptivè, adde, aut miraculoso & incognito aliquo modo supra istos naturales, quorum illi in creatis sunt species. V. d. Es. alic. s. 3. t. 27. 28. Et de Multipresent. t. 57. 96. Sic tres testes in cœlo, *Pat. Ver. & sp. S. aut persona sunt aut non*, simplex Christianus de talibus terminis Philosophicis non liquere dices, sed in simplicitate se Scriptura credere, cœteraq; in cœlo videre aliquando velle. Sic in occultis morborum causis sæpè Medici, si ex hac causa aut non, oriri dicas, ad non satis adhuc liquere decurrunt, an ex illâ, an minùs, & ex aliâ causâ oriantur. In variis de Christo consequentiis neccendis ad simile quid præclari sæpè Theologi se recipiunt, multaq; ad celestem Academiam differenda dicunt. V. Tra. d. Multipræ. t. 91. In illis, quæ probabiliter in utraq; partem disceptari possunt, nec sententiam unam præcisè eligunt Philosophi, nec reprobant, sed utraq; probabiliter teneri dicunt. Sic multi de ortu animæ rationalis ἐπιχειροῦσι, *Vt neutram Contradictionis partem probent.* V. dec. 2. Misc. d. 3. t. 6. In oculis Dei judiciis determinandis, sæpè neutrum Contradictorium eligitur. *Vt, Infantes infidelium in infantia mortui, aut salvati aut non, & damnati, Additur, aut non liquet, & iudicio DEI committuntur.* Quid n. ad Nos, de exteris iudicare. Rom. 14. v. 4. 1. Cor. 5. v. 12. In quæsto, an Photiniani ob errorem de Trinitate anathema dicendum sit, Arminiani, nec affirmantem, nec negantem eligunt, sed ἐπιχειροῦσι pro tempore recipiunt. *Vt ex Responso ad Specimen calumniar. Leidenf. p. 40. patet.*

54. 4. Contradictio est æternæ disjunctionis, & impossibile est utraq; ejus partem simul veram, vel falsam esse, vel de uno eodemq; prædicari posse. *Fundatur*

datur enim in principio illo firmissimo. & naturaliter omnibus notissimo, quodlibet est aut non est, & impossibile est aliquid simul esse, & non esse, V. §. 65. seq: Et procedit tam de Contradictione incomplexâ seu terminorum, quàm complexâ & propositionum. Sic in incomplexâ impossibile est utrumq; Contradictionis membrum verè de re enuntari, ut de homine simul non dicitur homo & non homo, corpus & non corpus, vivens & non vivens: vel neutrum Contradictionis membrum verè de re dici, adeoq; utrumq; falsum de eâ esse, ut de homine non procedit utrumq; membrum, homo & non homo, negare, sed alterum negandum, alterum affirmandum est. Dices: Forma & privatio ejus opponuntur contradictoriè, ut albedo & privatio ejus. Sed hic datur subjectum, de quo neutrum membrum contradictionis verè enuntiat. Ut angelus nec est albus, nec privationem albedinis habet. Ergo non semper alterum contradictionis membrum alicui tribui potest, & sic non aeterna disjunctionis Contradictio. R. Forma & privatio ejus in subjecto capaci opponuntur privativè, non autem Contradictoriè formaliter & apertè, nisi tantùm virtualiter. Ideò non mirum, subjectum medium dari, cui nec forma, nec privatio ejus competat, ut angelo nec albedo, nec privatio ejus. Sed forma & negatio ejus in infinitum extensa, demùm verè Contradictoriè opponuntur. Ut albedo & non albedo, & hic nullum subjectum dabis, cui non alterum membrum tribuere possis. Sic angelus aut habet albedinem, aut non albedinem habet. Non albedinem verè habet, non privativè, ut ejus aliàs capax, sed absolutè negativè, posito, etiamsi nulla capacitas ad eam in eo sit. Sic Chimera est non alba negativè, non privativè, sic enim verè contradictoria negant. § 52. In complexâ Contradictione propositionum, ubi magis dubia res videtur, similiter procedit, ut altera Contradictoria semper sit vera, altera falsa, modò Contradictio legitime Logiceq; formetur, & competente sensu intelligatur, Vt Tr. de Opp. Enunt. l. 1. t. 19. seq. patebit.



tatio, &
quenter.
Contradictio
posset, de
& quidquid
minem,
stia esset
homo esset
albus. He
gula fieret
absurdum
omnibus a
petet, si cor
um rerum

55.
dicere & n
partem dic
tur. Veru
Falsum,
& non lo
stus existi
bet absur
tradictoria
mūl vera,

DE ATTRIBUTIS ET IPSO PRINCIPIO CONTRADICTIONIS.



THESIS LIV.

T facile probatur 1. Si Contradictoria quaedam simul essent vera, omnia Contradictoria simul essent vera, par enim omnium est ratio, & iam hac illi repugnat, quam ista isti, & sic consequenter. At Consequens est absurdum. Si enim omnia Contradictoria essent vera, quidvis de quovis prædicari posset, de homine & hominem & asinum & leonem, & quidquid est non homo, dicere liceret, de bestia hominem, arborem, coelum, terram, & quidquid non bestia esset. De Socrate liceret dicere, esse album, quia omnis homo esset albus; & non album, quia non omnis homo esset albus. Hoc autem esse & non esse aliquid dicere est, & singula fierent omnia, & omnia unum, quod est maxime absurdum. Cum enim altera Contradictionis pars, negatio, omnibus aliis rebus competat, & affirmatio omnibus competet, si contradictoria simul vera esse debeant. At hoc omnium rerum confusionem inducet. Ergo.

55. 2. Si Contradictoria simul vera, nemo falsum dicere & mentiri poterit. Quamcumque enim Contradictionis partem dicat, verum dicet. Simul & verum dicet, & mentietur. Verum, quia utraq; Contradicendi pars vera asseritur. Falsum, quia in reipsa dissentiens quid à re dicet. Simul & non loquens loquetur, non comedens comedet, non existens existet, non concedens concedet, & similiter. Sed hæc absurdissima & impossibilia sunt. E. & prius, Contradictoria simul vera esse posse. 3. Si Contradictoria simul vera, tolletur omnis disputatio & veritatis inquisitio.

K

quor-

Respond.
Georgio
Xylandro,
Piric.
Pomer.

Quorsum enim verum inquiritur, si quidquid quis afferū-
erit, verum fuerit? *Sed posterius est insulsum & contra finem
hominu & luminis naturalu, quod ad cognoscendum datum
est, non obbrutescendum. Ergo.* 4. Si Contradictoria si-
mūl vera, F. omnes homines res indifferentes & non eo-
dem modo se habere, existimabunt. *V. g. Solem lucere aut
non lucere, nivem esse albam & non albam, ignem urere & non
urere.* At contrā existimant, omnes res uno modo se ha-
bere, non diversis. *Sic solem lucere, non, non lucere, ignem ure-
re, non esse non urentem, nivem esse albam, non esse non albam,
Vt sensus communis naturalis iudicij dicitur. Et qui Contra-
rium dicunt, ut cum Anaxagorā nivem atram, & tenebras
lucidas, sensu communi carere existimantur, qui non rationibus,
sua vel sensu sint convincendi, iudice Aristotele, i. Top. c. 9. vel
fustibus & verberibus tamdiu cadendi, quod fateantur, u-
num posse esse sine alio, nec simul verum esse, quod cadantur
& non cadantur. iudice Avicennā & Mendozā d 3. Metaph. 3.
S. 21. Ita Academicus quidam omnia incerta esse dicens, à
seruo verberibus pulsatus est, donec certum, se pulsari, agnosceret.
Vnde servus ad herum: Dogma tuum teneo, deludit opinio
mentes: Certum res anceps nomen habere nequit. Desi-
ne, clamat herus, nimio tu certus es ictu, Diminuere meum
verbera certa caput. Damno, quod ante fui variabile do-
gma secutus, Et fateor certam sensibus esse fidem. Hac
Academicus tractandus & arte docendus, solus in hoc cer-
tum, ne nihil orbe sciat.*

56. 5. Si Contradictoria simūl falsa, dabitur aliquid
inter e a medium rei & Entis, quod sit verum. At medium sole
inter Contradictoria est impossibile, ut S. 42. 43. sequentibus
ostensum. *Vel enim dicitur, quod res est, & sic verum, vel
quod non est, & sic falsum est.* *Ambigua ac nullius cer-
ti*

ti sensus pro
6. Si affir-
gationem f
affirmatio
oppositam n
rum, impo
falsum. 7. Si
dicitur de
hoc est illud
etur. 8. Si
certum veri-
dum. A
Contradicti
in Logica
mentum v
tum suffic
cinationis
ximam pat
ctorias su
videmus
sumus.

57.
erunde v
menta m
tem cog
dubiam a
bi, d. i. c
nuntur, n
finem fac
rudine.
est Contr

si sensus propositiones à Philosopho & Logico aliena sunt.
 6. Si affirmatio est conformis rei, & verè oppositam illi negationem falsam esse necessum est, quia tollit id, quod ponit affirmatio: Et contrà, si affirmatio sit difformis & falsa, oppositam negationem veram esse oportet. E. si unum est verum, impossibile est utrumq; Contradictionis membrum esse falsum. 7. Si utraq; Contradictoria simul falsa, E. & id, quod dicitur de Contradictoriis simul falsis, falsum erit. Sed hoc est illud, Contradictoria simul falsa esse. E. hoc falso dicitur. 8. Si Contradictoria simul falsa esse possunt, peris certum veritatis dubie eruenda medium à Logica suppeditandum. Aliud enim ex formalibus suppeditari nequit, quàm Contradictionem immotè verum à falso dividere. At hoc in Logicis concedi non potest, esset enim Logica, qua instrumentum veritatis esse debet, non Logica, i. e. non instrumentum sufficienter eruenda veritatis, & omnis legitima ratiocinationis. De oppositis, quæ hic moveri solent, quia maximam partem difficultates circa propositiones Contradictorias sunt, l. 1. §. 21. Tract. d. Oppos. Enuntiator; videbimus, ubi de propositionum Contradictione acturus sumus.

57. 5. Contradictio est immotum & aptissimum eruenda veritatis dubiæ & intricatæ inter Logica instrumenta medium, in illis, in quib. materies ex parte saltem cognita est. Finem Logices ultimum esse veritatem dubiam aut intricatam eruere, vix sunt, qui negent, & alibi, d. 1. Gy. Log: disputatum. Jam quæ in Logicis proponuntur, noëmata & instrumenta omnia, proportionatè ad istum finem facere tenentur, quodvis suo modo, ratione, & habitudine. Inter universa autem certissimum & aptissimum est Contradictionis principium, sive operationem Logi-

cam primam, five secundam, five tertiam respicias. In prima operatione simplicem apprehensionem validissimè Contradictio diriget, utrumq; membrum uni objecto attribui non permittens, sed alterutrum. Sic homo ut animal, ut rationale, ut mobile, concipitur. Vetatur Contradictione, ut non animal, non rationale, non mobile, concipitur. In secunda unam enuntiationum Contradictio immotè in verum tibi exhibebit, modo legitime formetur, & congruo sensu intelligatur. Certum enim, alteram ejus partem oportere esse veram. Ita si dubites, an hoc, Om. homo est dives, sit verum, Contradictorium ejus forma, alterutrum pro vero tibi addiscitur. Non omnis homo est dives. Hoc liquidè veritatis est. Adeoq; hoc firmum, ut & in absurdissimis enuntiatis verum hoc modo, velut silicem attritu ignem, elicias, modo sensum Contradictoriae legitime expedieris. Vt, Om. homo est irrationalis, Om. Monachus est insensatus, Om. animal est cadaver. Contradictoria horum omninò vera erunt, quia hæc falsissima. Nempe: Non omnis homo est irrationalis, Non omnis Monachus est insensatus, Non omne animal est cadaver. Hac de re ex l. 1. c. l. §. 21, seq. plura peti poterunt. In tertiâ Logices parte quid legitima Contradictio ad verum faciat, qui ignorat, maximum Logices usum ignorare videtur. 1. In Controversiâ tractandâ maximoperè laborandum, ut statui controversiæ legitime contradicatur, sine hoc tota disputatio à januâ aberratio erit. Cum enim illa diversarum sententiarum veritatis gratiâ instituta sit collatio, nullâ sine legitimâ oppositione esse potest. 2. Contradictione legitime expeditâ alterum membrum assumendum venit, alterum reprobandum. 3. Observandum, an apparenter saltem sententia contradicat, an realiter. Si apparenter, conciliatio eorum institucnda. Si realiter, in alterius veritatem inquit;

inquirend
ptionibus
is, quam
solvenda,
ex usu Co
Enunciatio
58.

cis instrum
five comp
est. Necess
vel compl
veritatis
non omitt
strumen
versario
gumentan
bene ratio
iet partit
Etum, pe
possibile
munia pr
nifesta Jun
raduendâ
mùl asser
veras, co
Contradi
verâ acc
59
liscunq; e
fiere nec
lia & D

inquendum, eaq; argumentis confirmanda erit, & ab exceptionibus adversa parit vindicanda. 4. Contradictoria parit, quam falsam habemus, argumenta probè ponderanda, resolvenda, & distinctè refutanda erunt. Ita in tertiâ parte ex usu Contradictionis procedendum, Plura s. 2. c. l. d. Opp. Enunt; patebunt.

§ 8. 6. Contradictio est necessarium & utile in Logici instrumentum. Sive Contradictionem incomplexam, sive complexam intelligas, ex utraq; parte enuntiatum verum est. Necessitas patet 1. Quia eruendæ veritatis est medium, vel complexa, vel incomplexa. At Logica omnia eruenda veritatu instrumenta suffuienter debet proponere. E. & hoc non omittendum est. 2. Quia bonæ ratiocinationis est instrumentum. Ostendit enim, quomodo partim legitime Adversario contradii debeat, partim à Contradictorius in argumentando progressus fieri debeat. At Logica universa benè ratiocinandi instrumenta proponere debet. Utilitas patet partim per omnes operationes Logicas, de quo §. 57. dictum, partim in parte tertiâ specialiter in deducendo ad impossibile vel absurdum pertinacem Adversarium, & vel communia principia negantem, vel ea, quæ satis vera aut manifesta sunt, pertinaciter respuentem. Quem aptissimè contraduendi medio redarguimus, & ad duo Contradictoria simul asserenda, vel nostram thesin, quam pertinaciter negaverat, concedendam adigimus. Ita, nisi absurdissimè duo Contradictoria simul vera habere velit, nostram thesin pro verâ acceptare tenebitur. v. s. 2. c. l. seq.

§ 9. 7. Contradictio est simpliciter impossibills, qualiscunq; etiam sit potentia. Est enim inter ea, quæ ἀπλῶς fieri nequeunt, adeoq; nulli potentia facienti subjacent. Ita & DEO Contradictoria impossibilia dicimus, quæ scilicet re-

verà talia sunt, non apparenter tantum. Sic aliquem esse hominem & simul non hominem, in infinitum negando, esse rationalem & non rationalem, leonem & non leonem, simpliciter fieri nequeunt. Sic omnem hominem esse divitem, & non omnem esse divitem, virginem veram esse, & non talem esse, simpliciter repugnant, nullâq; potestate in actum duci possunt. Repugnant enim & ex parte DEI, qui seipsum negare non potest, 2. Tim. 2. v. 13. Nec conceptum suum, & affirmativum simul negativum dicere, nec voluntatem suam, vult enim rem ita esse, ut est, non simul non ita esse; nec Potentiam suam, qua ad ens & simile sibi est, non ad non ens simul cum non ente statuendum, & prorsus à Deo abhorrens, ut repugnantia: nec Veritatem, qua non potest esse & non esse simul admittere: Immutabilitatem, qua, quod falsum est, simul verum statuere non potest: Et ex parte objecti, quod rationem entis & possibilis habere nequit, & sic objectum potentia alicujus esse, quia tale est, ut naturâ suâ fieri non possit, ut Thomas hic loqui mavult p. I. q. 25. a. 3. Quamquam & DEum id facere non posse rectè dicitur, quomodo Paulus negare illum seipsum non posse c. I. ait: Et ex parte absurdissimorum consequentium, si DEVS verè Contradictoria facere posset. Quidvis impium & absurdum hoc prætextu servari, defendi, ac excusari posset, DEVM id posse, utut Contradictorium rationi videatur. Quod heretici olim fecerunt, ut ex Patribus ostendit Vedelius l. 3. rat. Th. c. 8. Vbi & testimonia Patrum aliorumq; pro verâ sententiâ adducit. De verè Contradictoriis autem hæc accipienda, ne justo liberaliores in fingendis Contradictionibus & terminis divina Omnipotentia figendis simus, Ac emetiri velimus id, quod immensum est. Sed nostram potentiam respectu DEI impotentiam, cognitionem ignorantiam, intel-

lectum

lectum te
mus, Nifi
sionem p
posse, co
60
ut Matth
petimus a
gica nostr
sequentia
facibilis
habere, q
fieri poss
lius facti
nulli potes
quæ ratio
dentur.
sunt. Hæc
proinde f
stracitè &
dicari co
facibilis
sitates con
agere, ne
ita & su
tra verè
Hoc abso
pugnat
suo est.
61
excipitur
sed possi

lectum tenebras esse cogitemus, Nec Contradictoria asseramus, Nisi totaliter rerum Naturas penetrarimus, & cohesionem prædicatorum cum subjectis sufficienter stare non posse, cognoverimus.

60. Dices 1. Impossibilia hominibus DEUS potest, ut Matth. 19. Marc. 10. Luc. 8. dicitur. Et super, quam petimus aut intelligimus, ut Eph. 3. E. & qua rationi & Logica nostra sunt Contradictoria, poterit. R. 1. Negatur Consequentia. Impossibilia hominibus, h. e. potestati humana non factibilia, vera entia esse possunt, & sic rationem factibilitatis habere, quâ, etsi non ab humanâ, à superiore tamen potentia fieri possint. Sed verè Contradictoria sunt non entia, nec ullius factibilis rationem habent, adeoq. prorsus non factibilia ulli potestati. 2. Potest etiam DEUS contradictoria, scilicet quæ rationi nostræ, huic, illi, concretè sumptæ, talia videntur. Sic sæpè talia videri possunt, quæ reverà talia non sunt. Hæc DEUM posse nemo dubitat, sunt enim entia, & proinde factibilia alicui potestati. Non autem, quæ rationi abstractè & absolutè sumptæ, h. est, ipsi naturæ rerum & quidditati contradicunt, hæc enim non entia, & ἀπλως non factibilia per ullam potentiam sunt. Mendacia enim & falsitates contra divinam mentem inferunt, qualia DEUS nec agere, nec velle potest, nisi seipsum abneget, quod non potest. Ita & super, quam intelligimus, agere potest: non autem contra veritatem rerum, ut ea & ponatur & tollatur simul. Hoc absolutè fieri non potest. Et veritas Natura non repugnat veritati Creatoris, sed radius velut ex hac decisus est.

61. 2. Omnia DEUS potest, & nihil ab ejus potestate excipitur. E. & Contradictoria rationi. R. Omnia potest, sed possibilia, & rationem factibilis ac entis habentia.

Posse

Posse enim ratione possibilis, & quod fieri potest, dicitur, non
 quod prorsus non fieri. Sed Contradictoria naturâ suâ &
 prorsus non fieri possunt, ut frustra alicui potentia subijci-
 antur. Omnia DEUS potest, excepto uno, quod non po-
 test contra se facere, seq; ipsum negare. Et omnia potest di-
 cere, præterquam sibi ipsi contradicere. 3. Si non potest
 Contradictoria rationis DEUS, erit potentâ suâ ad legem hu-
 manâ rationis & Logica alligatus, non supra eam. At hoc ab-
 surdum. R. Negatur consequentia prioris. Non sequitur,
 alligatum nostris legibus eum esse: sed immutabili suâ veri-
 tate & constantiâ teneri, ne talia possit aut velit. Sic
 non potest mentiri, non, ac si nostra Ethica alligatus aut subje-
 ctus, sed quod immutabili sanctitate & justitiâ suâ te-
 neatur, quam negare nequit. Sic nequit hominem
 & non hominem simul facere, nec legibus tamen Physica
 nostra alligatur, sed æternâ suâ veritate tenetur, cuius Con-
 traria velle non potest. 4. Logica divina infinitè tran-
 scendit Logicam humanam, ut infinitum finitum.
 E. & contradictoria nostra in eâ possunt esse non Contradi-
 ctoria, & sic factibilia. R. Neg. Consequentia. Superat
 quidem intellectus divinus creatum: Sed non tamen veri-
 tati rei Contrarium vel Contradictorium quid concipit,
 ut verum ac ens statuatur, & sic nec potestas illud posse te-
 netur. Sic nec in nostrâ Logicâ Contradictoria ut ve-
 ra concipi possunt, eoq; nec ulli potentia, qua fieri pos-
 sunt, subijcienda. Deficere in veritatis adæquatione
 potest intellectus noster: non tamen in suo lumine aliquid
 divini intellectus lumini Contrarium aut Contradictorium
 continere. Est enim radius & effectus quidam divini.
 Eoq; non sic opponenda Logica divina & humana, quasi in
 hac Contradictorium & falsum, in illa non Contradictorium
 & ve-

& verum
 statuta &
 & anno-
 ras divina
 dictoria
 sicq; potent
 veritas in
 tradictoria

62. 3
 ratio nostr
 sit, aut non
 tia. Peri
 tamen Ech
 fectione o
 nequeant,
 quod alia
 rã ratione
 absolute &
 cise nostri
 dictoria
 nitas, inc
 DEVS po
 dicat: Sed
 verum est
 tioni Con
 Sed Con
 non pot
 qua tame
 ad omne
 absolute f
 gare poten

Et verum esse possit. Nam & nostra Logica veritas à DEO statuta & sic divina est, à nobis tantum animadversa & & annotata. V. §. 10. seq: Etiam veritas Naturæ veritas divina est, à DEO fundata & constituta, cujus Contradictoriam intellectus divinus, ut verum, nunquam concipere, sicq; potentia ut possibile nunquam facere potest. Distingui veritas in nobis & in Deo variè potest: Contraria aut Contradictoria statui nunquam debent.

62. 5. Si DEUS non Contradictoria rationi potest, ratio nostra mensura erit potentiae divinae, quid ea possit, aut non possit. At hoc esse nequit, R. Neg. Consequentia. Perinde ac DEUS mentiri & pejerare nequit, nec tamen Ethica nostra mensura potestatis divinae. Ex perfectione divina est, quòd quadam deficientia à DEO fieri nequeant, ut mori, mentiri. Ex repugnantia ipsius rei, quod alia non, ut Contradictoria. Quae in Logica & verà ratione Contradictoria sunt, non esse saltem apparent, absolute & simpliciter fieri nequeunt suam Naturam, non precise nostri intellectus mensuram. 6. Ratio saepè Contradictoria judicat, quae in divinis sunt verissima, ut Trinitas, incarnatio, resurrectio. E. Rationi Contradictoria DEVS poterit. R. Ratio sc. hujus vel illius saepe ita judicat: Sed ratio absolute & ut lumen naturale, rectum, verum est, nunquam. V. §. 14. Ideo non dicitur; quod rationi Contradictorium videtur, simpliciter est impossibile. Sed Contradictio. Aliud videri, aliud esse. 7. Si DEUS non potest Contradictoria, limitata erit ejus potestas, qua tamen infinita. R. Non sequitur. Illimitata manet ad omne ens & possibile, nec hinc constringi potest. Sed quod absolute fieri nequit, eò nulla potentia extenditur. Talia negare potentia nullam limitationem infert, qua ex possibilibus

ei aliquo modo subjectis sumenda, non ἀπλῶς impossibilibus. Sic non potest mori, augeri, minui, quia deficientia, nec limitatur potentia ejus.

63. 8. DEUS potest simul duo contraria in gradibus summis in uno subjecto conciliare, ut Scholastici disputant, ut Suarez d. 45. Metaph. l. 2. n. 12. & l. 4. n. 15. Arriaga tr. 2. d. Categ. q. 2. a. 3. Fonseca in 4. Metaph. c. 3. q. 4. Conimbricens. in 2. d. gen. c. 3. q. 8. a. 2. 3. Raconis de Oppositis, q. 2. a. 3. l. 1. aliqj. Nullam enim Contradictionem realiter hoc involuit. Sed contrarietas omnis virtualiter continet Contradictionem. E. & DEUS contradictoria poterit. R. Negatur Consequentia. Posito, contrarietatem Contradictionem virtute continere, quod tamen quidam non concedunt, ut Fonseca c. l. notat, ut omne frigidum sit non calidum, nigrum non album: non tamen est formaliter Contradictio, hac enim in infinitum negat, ut nusquam sistatur: At frigidum negat sic calidum, ut determinati certiqj; quid ex opposito ponat. Hoc autem non est verè Contradictorie negare. Vnde si DEUS determinate negans cum suo opposito simul in uno subjecto facere possit, non sequitur, quod & indeterminatè & in infinitum negans simul cum eo facere possit, hoc enim longè firmitus & pertinacius pugnat cum suo opposito, ac prius. Hac saltem sequitur: E. quoddam, quod qualitercunq; & remotè Contradictionem aliquam continere videtur, DEUS cum suo opposito simul in uno subjecto facere potest. Deinde falsum est, quævis contraria divinitus in uno subjecto conciliari posse. Non enim homo assensire & dissentire eidem objecto, amare & efficaciter odisse idem subjectum, hypostaticè uniri DEO & mortali peccato detineri, simul per divinam potentiam pa-

cess

rest. Hac
sed & mi
consistere
cum crete
suum repu
Sic amare
jectio sunt
opposita ei
rius Contr
quenter.
ceptu ad
affirmand
involuit
volendi,
quenter
consequa
gatio cont
essentialit
fieri posse
diri à D
semetipso
sultantia
alibi doce
64.
est post
respectus
ducentes,
daci debe
Aristex p
prior suis
debnerunt

res. Hac enim non solum effectivè & expulsivè se oppugnant, sed & maxima inconsistentiâ formali laborant, quâ simul consistere non possunt. Per formas enim suas contrariantur, cum cætera qualitates ferè per actiones & expulsiones tantum repugnent. Undè penè ad Contradictionem accedunt. Sic amare & odisse, assentire & dissentire, approbatio & rejectio sunt. Rejectio autem est approbationis negatio, quæ est opposita ei Contradictio. Conf. §. 87. Hinc alij ex Contrariis Contradictoria sequi ajunt vel formaliter, vel consequenter. Formaliter, ut in ipso contrariorum conceptu actu contineantur Contradictoria. Sic in actu affirmandi & negandi, qui contrarij sunt, actu contradictio involuitur, rem esse & non esse. Idem est in actu volendi & nolendi, appropinquandi & recedendi ab eodem. Consequenter, ut contradictoria ex naturis ipsorum saltem consequantur, ut ex frigere negatio coloris, & contrario negatio contrarij consequitur. Primi generis contraria quia essentialiter involunt contradictoria, nec potestate divinâ fieri posse. Posteriora posse, quia consecutio illa impediri à DEO possit, & essentia talium contrariorum actu in semetipsis Contradictoria non sunt. Naturalis autem resultantia ex essentiis facta divinitus impediri potest, ut alibi docetur. Conf. Smiglec. d. 12. Log. q. 13.

64. 8. Negatio Contradictoria aliquâ affirmatione est posterior, & aliquâ prior. Posterior est aliquâ, cum respectus habetur ad generantes aut quoquo modo aliquid producentes. Sic homo generans prior non generante, qui produci debet. Sol prior non sole, vanâ, qua produci debet. Artifex prior non artifice, statuâ, qua formari debet. Sic DEUS prior suis non DEO, mundo, & creaturis, qua ab eo creati debuerunt. Prior est, cum ordo generationis aut produ-

tionis in ipso genito & producto attenditur. Sic generandum prius est non animal, non planta, non homo, non leo, quàm animal, planta, homo, leo. Sic antequam creata creatura, prius non entia fuerunt, quàm entia. Quoddam tamen affirmans, si DEUM respicias, absolutè prius fuit omni negato Contradictorio, absolutè enim æternus ille. Sic DEUS prior non lapide, non homine, non leone, non ente. Quia ens ante omne ens & non Ens. Ejus enim primum objectum ad extra, ipsum nihil est. Non invenit DEUS materiam, sed facit: nec ex materiâ generat, sed ex nihilo creat. Languam si id prius in respectu ad aliud ens verum dicatur, DEUS non accuratè prior nihilo dicitur, cum nihilum non aliquid sit, cujus respectu prius aliquid rigidè dici possit. 9. Contradictio nullâ limitatione conciliatur. Ratio, quia pugnant Contradictoria in infinitum, ut nusquam consentiant. Quæ autem ita pugnant, nunquam cœcunt, & consequenter nullâ ratione conciliari possunt. Verum hoc, si I. Contradictio vera sit, non apparens. Sapè in terminis apparet nostra ratione esse Contradictio, cum reverâ non sit. Sic idem numero corpus esse, quod corruptum substantialiter est, & quod revertitur, contradictoria videntur, non sunt. Sic verum hominem esse, & substantiâ humanâ carere, verum corpus esse, & pluribus locis simul adesse, inter contradictoria nonnullis habentur, & quæ citra limitationem pugnant, adeoq; simpliciter conciliari nequeant. Sed reverâ talia non esse §. 37. f. 2. videbitur, & Tra. d. Multipr. visum. 2. Si legitime formetur. Ita in terminis alter in infinitum negare debet. Si determinatè neget, ut infinitè aliquid affirmes, vel affirmari inferri patiat, jam Contradictio legitima non est. V. §. 50. 51. 52. In propositionibus simpliciter ea quæ qualitatem & quantitatem negari debet, quæ affirmata fue-

rat, non
aut affir
cum fuit
laris: ut
quidam h
est leo. H
affirmatur
abertus pa
posse putat
rentibus
pugna men
medij sim
infinitum
dum fin
reduces.

65.

discussa:
tur. Illu
Quodlib
esse & ne
duæ Con
cum hoc p
esse, & ne
falsæ, cum
nem ista
cti, con
sa sunt,
regulæ C
ctoriæ no
Prior etia
tantum in

rat, non alia, Non plus negari, quàm affirmatum fuerat, aut affirmari, quàm negatum. Ita si universaliter affirmatum fuit, universalitas illa negari debet, ut fiat particularis: ut, *Omnis homo est leo, Non omnis homo est leo, seu, quidam homo non est leo*: Non universalis: ut, *Nullus homo est leo*. Hoc enim plus in quantitate negat, quàm in priore affirmatum fuerat. Hec ex l. 1. §. 17. seq. d. Opp. Enunt. uberius patebunt. Casus quidem Contradictiones conciliari posse putat c. 14. Logic. Sed de Contradictionibus apparentibus id accipiendum. Veras conciliari non posse, partim pugna membrorum in illis infinita & eterna disjunctio, partim medij simplex & totalis negatio satis evincunt. Quae enim in infinitum pugnant, nunquam coibunt. Et quae medium simpliciter respuunt, nullâ potestate ad medium reduces.

65. Ita competentia & affectiones Contradictionis discussa: Sequitur videndum ejus fundamentum, quo nititur. Illud hæc Naturæ & luminis naturalis sunt principia: Quodlibet est aut non est, & Impossibile est aliquid simul esse & non esse. Et hoc quidem Contradictionis principium, duæ Contradictoria non possunt simul esse veræ, propriè cum hoc principio coincidunt: Idem non potest simul esse, & non esse: Alterum, Eadem non possunt simul esse falsæ, cum hoc: Quodlibet est, aut non est. Etsi cognationem ista principia inter se habeant: formali tamen respectu, consideratione, & veritate, quam explicant, diversa sunt, nec unum confundendum cum altero. Velut & regulæ Contradictoriorum diversa sunt, ambæ Contradictoria non possunt simul esse veræ, & una necessariò est vera, Prior etiam in Contrariis enuntiatæ locum habet: posterior tantum in Contradictoriis, Nam in Contrariis utraq; falsa esse

esse potest. Sic diversa veritas est, duo non possunt coherere simul, & necesse est, ut unum ex duobus existat. Etsi enim de facto utrumq; verum sit: non tamen eadem ob id veritas utriusq; est. Sic verum est utrumq;: Eadem uni tertio inter se sunt eadem, & quodlibet est vel non est, nec tamen una veritas statim eadem cum altera est. Arriaga proem. Metaf. h. n. 8. tali argumento id probat. Si hæc principia eandem haberent veritatem, in quacunq; materiâ applicarentur, eandem haberent. Applicatio enim ad materiam veritatem principij formalem non tollit aut diversam facit. At hoc falsum est. Nam hic verum est, Quodlibet est homo vel non est, Et non potest simul esse homo & non esse. Sed hic falsum, Petrus vel Johannes currit, Et non potest uterq; simul currere. E. etsi illud hic verum, Petrum vel Johannem currere, & sic aliquid sit vel non sit, sive alterum eorum sit: Posterius tamen hic non est verum, non potest simul uterq; currere, cum omninò id possit. E. diversa hæc veritates, aliquid est vel non est, Et impossibile est utrumq; esse.

66. Sed rectè hic responderi potest, disjunctivam illam, aut Petrus aut Johannes currit, non esse ex verè Contradictoriis. Petrus enim & Johannes sunt termini disparati, non Contradictorij, ideò non mirum, tanquam ex esse & non esse hic concludi non posse, ac utrumq; currere posse, & principium Contradictionis isti enuntiatio applicari non posse, cum sit non ex terminis verè Contradictoriis. Petrus & Johannes non habent se ut esse & non esse, sed ut disparata substantia. Sed si contradictoriè formandum sit, sic formandum erit, Petrus currit, aut non currit. Et hic valebis, impossibile est, utrumq; simul ei insit, ut nempe currat & non currat simul. Quare diversa veritas principiorum istorum rectius

rectius sit
 Contradictoriu
 immediate
 mul dico
 non habe
 est idem
 in eodem
 Logice re
 dem simu
 sunt simu
 est aut ne
 necessariu
 vianus:
 contradic
 est affirm
 diversa c
 ab invic
 gnantiar
 diatione
 habent,
 riu inesse
 calidum r
 dium ad
 & frigidu
 falsa esse
 E. & ista
 aliquam
 67.
 ante visu
 mentis v
 & totali

rectius ita probabitur. Quod principium pugnam Contradictoriorum tantum dicit, diversum sensu est ab eo, quod immediata esse dicit, vel immediata esse & pugnare simul dicit. Aliud enim est, pugnare, aliud, medium non habere. Sed prius principium negativum, Imp. est idem esse & non esse, repugnantiam Contradictoriorum in eodem explicat, quam Logicè in Contradictionis Naturâ Logicè terminis ita proponimus: *Impossibile est idem de eodem simul affirmari & negari, Et Contradictoria non possunt simul esse vera:* Posterius affirmativum, Quodlibet est aut non est, *immediationem necessariam eorum, ut alterum necessario subjecto convenire cogatur, Quod Logicè sic enuntiamus: Necessè est idem de eodem affirmari aut negari: Duo contradictoria non possunt simul esse falsa, de quolibet vera est affirmatio & negatio.* Sed repugnantia & immediatio diversæ conditiones in Contradictione sunt, separari enim ab invicem possunt, *ut in contrariis apparet, quæ repugnantiam habent, & simul vera esse non possunt: immediationem tamen & necessitatem alterius inessendi non habent, saltem adæquate, cum non alterum eorum necessario inesse teneatur.* Sic non aliquid vel album vel nigrum, calidum vel frigidum, leve vel grave esse teneatur. Et medium admittunt: *ut album & nigrum non album, calidum & frigidum non calidum.* Similiter utraq; Contrariarum falsa esse potest, *ut Omnis homo est dives, Nullus est dives, E. & ista principia inter se diversa sunt, quamvis cognationem aliquam habeant.*

67. 2. Diversas veritates hæc principia enuntiant, *ut ante visum. E. & ipsa sunt diversa.* 3. Diversis fundamentis veritatis nituntur. Negativum formali exclusione & totali repugnantia simul essendi, affirmativum sufficiente
omniura

omnium conceptuum comprehensione, ut alterum de re omnino enuntiari oporteat, ut §. 69. patebit. E. & ipsa diversa sunt. 4. In quibusdam negativum locum habet, in quibus affirmativum non. Sic hominem non posse simul habere albedinem, & privationem ejus, probatur ex negativo, Impos. est esse & non esse, forma enim & privatio ejus velut virtute Contradictionis se negant. Sed quodlibet est, aut non est, hic falsum est, angelus enim nec est albus, nec privationem ejus habet, sed absolutam negationem, V. §. 51. Quia repugnantia ad negandum alterum hic est sufficiens: Sed comprehensio ad alterum attribuendum, qua nititur affirmativum principium, non est sufficiens. Albedo enim & privatio ejus non sunt omnia, qua de re concipi possunt, Vnde datur medium, quod neutrum habeat, carentiam nempe albedinis, qua non sit privatio ejus, sed absoluta negatio, *Et non album. Bene autem inferitur, Impos. est simul esse albedinem & ejus privationem. Nam etsi isti termini non omnia complectantur, se tamen sufficienter & formalissimè negant, quod ad simul existendum, negationem sufficientem importat.* Javellus quidem 4. Mera. q. 6. Mendoza d. 3. Met. d. 3. §. 20. Smiglecius d. 12. Log. q. 11. Illa duo principia revera esse unum, & eandem rem diversis saltem verbis explicare putant, cum terminis Contradictoriis applicantur. Sed diversa esse, & diversas res tradere, ex hactenus dictis patet. Cum aliud sit, non posse simul convenire eidem, & alterum eorum necessariò alicui convenire. Illud negativum, hoc affirmativum principium explicat. Et ita ut distincta etiam ab Aristotele proponuntur, 4. Metaph. c. 7. l. 3. c. 2. & l. 1. poster. c. 8. Vbi Dialecticis verbis, per affirmari & negari, eadem proponit.

68
diata o
illa eadem
non fore
immediat
per impos
extremor
Contradi
Contradicti
impossibil
men non
gnantia n
nū etiam
amplius n
negatione
suam osten
album, ens
Ethici, p
est Metaph
batur ex
minos co
particulari
Sic impossi
terminorū
sit affirm
pium Co
dentia ne
pugnanti
culari scie
se agitur,
frigidum

68. Dices I. In Contradictoriis repugnantia & immediata oppositio sunt formaliter idem, ut patet. E. & Principia illa eadem dicentia erunt. R. Idem & re & subjecto esse possunt, non formaliter. *Distinctè enim ratio formale repugnantie & immediationis etiam in Contradictione concipit*, repugnantiam per impossibilitatem simul essendi, immediationem per extremorum infinitam distantiam, etsi realiter simul in Contradictione concurrant. *Aliud formaliter, repugnantia Contradictoria, quæ talis, aliud, quæ immediatio est.* Si per impossibile contradicentia medium admitterent, pugnare tamen non desinerent. *Hic immediatio sublata esset, repugnantia non.* Et tacitè hic sumitur, principium Contradictionis etiam Contrarius applicari posse, quod falsum. *Non enim amplius universale principium erit, quod ex affirmatione & negatione eorum, atq; ita ex terminis & seipso veritatem suam ostendat, Vt Contradictoria solent. Vt esse album aut non album, ens & non ens: Vbi licet termini interdum sint Physici aut Ethici, probatio tamen per terminorum Contradictionem est Metaphysica, posse enim esse & non esse simul, non probatur ex principiis Physicis, sed Metaphysicis. Sed si ad terminos contrarios applicetur, ipsa probatio erit Physica aut particularis disciplina, non universalis, qualis Metaphysica. Sic impossibile est, hominem esse album & nigrum, non ex ipsâ terminorum negatione veritas elucescit, cum uterq; terminus sit affirmativus, non aliter negatio affirmativi, quod principium Contradictionis requirit, nec ex ipsâ terminorum evidentiâ necessitas albedinis & nigredinis in uno subjecto aut repugnantia utriusq; in illo ostenditur, sed ex propriâ & particulari scientiâ, ubi de formis istis & earum oppositione inter se agitur, nempe Physicâ. Sic an idem possit esse calidum & frigidum, dormiens & vigilans, ex Physicis probandum*

est. Sed idem non posse esse album & non esse album, calidum & non calidum esse, dormiens & non dormiens, ex Metaphysicis probabitur. Quae probat aliquid esse & non esse simul non posse.

69. 2. Repugnantia conceptuum & notat, utrumq; conceptuum simul existere non posse, nec utrumq; existentiam carere posse. Sed hoc idem dicit, ac quodlibet est vel non est. E. & ista principia, Imp. est idem esse & non esse, & Quodl. est vel non est, idem dicunt, & sic sensu eadem sunt. R. Falsum est, repugnantiam conceptuum dicere, utrumq; conceptum existentiam carere non posse. Simul existere in uno non posse dicit, hoc enim est sibi repugnare, simul in uno eodem respectu esse non posse. An utrumq; existentiam carere nequeat, ex repugnantia nunquam elicies, quae indifferens ex se ad illud est. Sic in privativis est repugnantia, quae simul ambo in uno existere non patitur. Sic non aliquid est caecum & videns, surdum & audiens simul. An nec utroq; aliquid carere possit, ex repugnantia non elicies, sed immediatione, an nempe opposita illa immediata sint. Jam quia immediata non sunt, sed inter caecum & videns aliquid non videns esse potest, hinc & utrumq; oppositum existentiam carere alicubi posse inferes. Sic in angelo nec coecum, nec videns, item lapide & arbore est, sed utrumq; oppositum existentia ibi caret. Angelus, lapis, arbor, nec videns, nec coecus, sed non videns est. Non ergo principium immediationem dicens cum eo, quod repugnantiam dicit, idem est.

70. Prius tamen inter haec duo, & sic principiorum omnium ad cognitionem facientium absolute primum est negativum illud: Impossibile est aliquid esse & non esse, adeo ut & firmissimum, notissimum, certissimum, verissimumq;

numq;
neralissi
est, 1. Qu
suum est,
Ex ipsis e
sufficiens
esse imm
Discursu e
hoc intelli
gnare, q
rarit, &
pugnant,
possunt,
dium aliq
neraliora
neralia at
quale est i
secundum
simul es
Verum eni
bonum ma
quod hoc i
71.
potest.
re potest.
si quis id
contrarias
rem esse si
dicere poss
necesse est
cum alia n

numq̄; tam à priori, quàm posteriori indemonstrabile, generalissimum, & sic reverà maximè primum *sic*. Primum est, 1. Quia per se evidentius est altero. *Per se enim evidentius est. Contradictoria inter se repugnare, nec posse simul esse. Ex ipsiis enim terminis statim hoc relucet, quamprimum illi sufficienter cogniti & penetrati fuerint: Quàm Contradictoria esse immediata, & eorum alterum necessario inesse debere. Discursu enim aliquo & deductione opus est, ut sufficienter hoc intelligatur.* 2. Quia generalius attributum est repugnare, quàm immediatum esse. *Competit enim & contrariè, & relativè, & privativè oppositum, qua omnia inter se pugnant, nec simul eadem ratione & respectu eidem inesse possunt. Sed immediationem non habent, cum universa medium aliquod, saltem negationis, admittant. Sed attributa generaliora specialibus sunt priora. E. & illa principia, qua generalia attributa explicans, illis sunt priora, qua specialia, quale est illud; Quodlibet est aut non est.* 3. Quia prius secundum rationem est, duo Contradictoria non posse simul esse vera, quàm, eadem non posse simul esse falsa. *Verum enim Naturà prius falso, ut positivum defectuoso, & bonum malo. E. & principium illud importans, prius est illa, quod hoc importat.*

71. Firmissimum est, 1. quia de eo nemo dubitare potest. *Nemo enim de eadem re opiniones contrarias habere potest. Nam approbatio unius est rejectio alterius. Sed si quis idem esse & non esse existimaret, haberet opiniones contrarias simul de eadem re. Non ergò quis eandem rem esse simul & non esse, existimare potest. Et quamvis quis dicere possit Contradictoria, non tamen potest sentire. Nec necesse est, ut qua quis dicit, eà & semper sentiat.* 2. Quia cum alia negantur, ad hujus principij firmitatem recurri-

tur, tūm ad alia principia probanda, tum ad contraria redarguenda. *At, quod causa firmitatis alorum est, ipsum per se firmissimum esse oportet.* 3. Quia hoc principium omnium scientiarum fundamentum est, quo dempro universas illas rueri necessum est. *Scientia enim demonstrant impossibile esse, rem se aliter habere.* Unde Averroës 4. *Metaph. c. 3. sine hoc principia neminem Philosophari, disputare, aut ratiocinari posse, ait. At si simul idem esset & non esset, non esset impossibile, aliter rem habere, sed verum, quod aliter se habeat. At quod ab scientiis tanquam certum presupponitur, ut demonstrationes suas in eo fundent, firmissimum & immotum esse oportet. Ergo & hoc principium tale est.* Notissimum est, quia nihil notius datur, per quod probari queat. *Nec propter se probatione eget, quasi obscurum esset, magisq; perspicuum haberet, unde probari posset: Sed ob alium tantum, qui id neget.* Contra hunc redarguendum probari potest ex illis, que negans concedit & ponit. *Si enim nihil prorsus concedit, non oportet adversus eum rationes querere, qui nullam rationem habet, in quantum talis est & manet. Hoc enim perinde esset, ac plantam vel brutum ratione carens redarguere velle.*

72. Certissimum verissimumq; est, quia nemo, cui ratio & sensus communis liquidus est, de ejus veritate dubitare ullo modo potest. *Et deinde à posteriori & ex quibusdam concessis veritas ejus variè ostendi potest.* 1. Ex Significatione vocum. *Hac aut certa est & determinata, aut incerta & indeterminata. Si certa, E. necesse est rem per vocem significatam esse talem, qualis significatur, & non aliam, secus significatio non esset determinata. Quod autem necesse est esse tale, non potest non esse tale, nec potest contingere non esse tale, nec potest aliud, quàm tale, esse.* Et ita
non

non potest
nulla
Quod enim
quia aliud
Tolleretur
nim nos
ab aliis
tiam de
dicationis
non esse pot
taliter, n
stantia, &
lur subje
verè de a
re non po
Sic anima
non est, i
verè non
stantiale
teit. H
accidens.
do de hom
verè nega
erunt acci
simum
nes, omni
priori. E
esse posse
73.
esse & no
si homo es

non potest simul aliquid esse & non esse. Si incerta, E. nulla. Incerta enim significatio nullius est significatio. Quod enim aequè significat hoc, ac non hoc, nihil certo significat, quia aliò significato ad nullius certæ rei cognitionem devenitur. Tolleretur etiam omnis disputatio & usus loquendi. Nec enim nos ipsos intelligeremus loquentes, nec alios, nec ab aliis intelligeremur, si voces ad nullius certæ rei noticiam deducerent. Qua omnia sunt absurda. 2. Ex prædicationis securæ absurditate. Si aliquid simul esse & non esse potest, quacunq; prædicantur, prædicabuntur accidentaliter, nihil substantialiter, & consequenter nulla erit substantia, & sic nec accidens, quod fundatur in substantiâ, velut subjecto, ut sine eo esse non possit. Nam quod negatur verè de aliquo, substantia ejus non est, hac enim negari de re non potest, quia identificatur illi, cujus est substantia. Sic animal homini, brutum leoni. Sed si idem simul est & non est, tota substantia rei verè negabitur de re, ut homo erit verè non homo, leo non leo. Et sic homo non erit verè substantiale quid, quia rei substantia de re verè negari non potest. Et consequenter quidquid de re prædicabitur, erit accidens. Hoc enim essentialiter de re negari potest, ut albedo de homine, nigredo de corvo. Iam si essentia rei etiam verè negatur de re, erit accidens, & sic omnia rei prædicata erunt accidentalia, nulla essentialia. At hoc est absurdissimum, peribunt enim omnes essentialiter rerum definitiones, omnes scientia & demonstrationes, omnes cognitiones à priori. E. & prius est absurdum, idem simul esse & non esse posse.

73. 3. Ex rerum omnium confusione. Si aliquid esse & non esse potest, res una etiam poterit esse omnia. Sic si homo est etiam non homo, erit & irremis & non irremis.

rosa & non rosa. Eadem enim omnium est repugnantia & contradicentia simul vera asseruntur. At si illa esse potest homo, nihil obstat, quod minus sit omnia. Nam non homo ut in infinitum negans, omnia comprehendis, prater hominem. Et sic una res omnia esse poterit. At hoc absurdum. E. & illud. 4. Veri & falsi confusione. Si aliquid esse & non esse potest, poterit & verum & falsum esse, & ejus contradictorium verum & falsum esse. Sic si verum est, hominem esse hominem & non hominem, verum erit & hoc, hominem nec esse hominem, nec non hominem. At si sic, nihil determinate verum vel falsum erit, sed omnia & vera & falsa erunt, & consequenter nec hoc determinate verum erit, aliquid simul esse & non esse posse. 5. Ex rationalis appetitus à mundo sublacione. Si aliquid esse & non esse potest, deliberatio de prosequendo & fugiendo colletur. Si enim omnia aequè se habent ad utrumq; contradictionis, esse & non esse, omnia aequè erunt prosequenda, quia bona, & fugienda, quia mala. At hoc contra communem experientiam est, quâ non aequè bona putamus, ire in precipitium, ac non ire. Sic civis Venetus non aequè bonum putat, Venetias ire ac non ire, sed illud melius. Si opinione verisimili ad id homines duci dicas, opinionem verisimilem signum esse determinata veritatis cogitandum est, cum opinio sit veritatis imperfecta cognitio. Quæ si perfecta esset, ad determinatum perveniretur. E. si ex opinione eligere licet, quod melius est, magis ex perfectâ scientiâ id licebit. Ergo.

74. 6. Si dantur gradus veritatis, datur & summus ejus gradus, simpliciter verum, & quod falsum esse non potest. At prius est, ut experientia sestatur. Sic aliqua magis propinqua sunt vero, alia minus: alia magis falso, alia minus. Sic propinquius vero est, quatuor esse quinq; quam mille;

mille: &
E. & post
verum, u
simul non
verum sit.
naturâ de
cessarium e
potest si a
aliter esse
homo, &
sunt necess
celum, a
E. non ve
possibile
inter Con
quod simu
S. 43. seq.
sine medio
ens in com
ut nihil ex
nisi non en
At quod a
sentiendur
firmatione
impossibile
di poterit
Hoc mediu
nim affir
cunda fun
negatione d
habebit, ess

*mille: & magis falsum est, mille esse quing., quam quatuor.
 E. & posterius, & dabitur verum simpliciter, quod ita sit
 verum, ut falsum esse non possit. E. potest aliquid esse, quod
 simul non esse non possit, & contradictorium ejus non simul
 verum sit. 7. Si aliquid & esse & non esse potest, nihil erit in
 naturam necessarium, sed omnia contingentia erunt. Ne-
 cessarium enim est, quod non potest non esse, nec aliter se habere
 potest. Si autem aliquid esse & non esse potest, ita erit, ut &
 aliter esse possit. Sic homo & erit homo, & poterit esse non
 homo, & rationalis & non rationalis. At quadam res
 sunt necessaria, ut quae à nobis & nostro fieri non pendent, ut
 caelum, astra, elementa, animalia, plantae, mineralia &c.
 E. non verum est, aliquid simul esse & non esse posse. 8. Si
 possibile est aliquid esse & non esse, dabitur medium
 inter Contradictoria, seu ens & non ens, aliquid scilicet,
 quod simul ens & non ens sit. At posterius est absurdum, ut
 §. 43. seq. visum. Quaedam enim Contradictoria omnino sunt
 sine medio, ut verum & non verum in communi, ens & non
 ens in communi, ens enim omne comprehendit, quod aliquid est,
 ut nihil extra se relinquat, quod rationem medij habere possit,
 nisi non ens, quod est alterum ejus Contradictorie oppositum.
 At quod de quibusdam Contradictoriis verum, de omnibus
 sentiendum est. Omnium enim par ratio est, quod in af-
 firmatione & negatione aequè sibi opponantur. E. & prius est
 impossibile. 9. Si aliquid est & non est, in infinitum proce-
 di poterit. Dabitur enim medium inter esse & non esse.
 Hoc medium ut affirmari, sic & negari poterit. Cuilibet e-
 nim affirmationi sua respondet negatio. E. in hoc medio se-
 cunda fundabitur Contradictio, etiam affirmatione sua &
 negatione constans. Jam hæc Contradictio iterum medium
 habebit, esse & non esse simul, par enim omnium. Contradi-
 ctionum.*

Etionum ratio & oppositio est, & sic in infinitum procedetur, tam in mediis, quam Contradictionibus. At infinitum in Naturâ nullum est, nec ab eâ admittitur. E. nec falsitas principij Contradictionis admitti debet, ex quâ infinitum sequitur. Et consequenter verissimum certissimumq; est.

75. Indemonstrabile est hoc principium, sive à priori, sive à posteriori. Non à priori, tanquam per causam, demonstrari potest, Non enim prius aliquod dari potest, quod causa veritatis & firmitatis huic sit, sed ab hoc cætera principia firmitatem suam mutuuntur, §. 54. 70. Nec habent prima principia medius à priori, per quod probentur, sed sunt immediata, & lucem solo rerum minorum intellectu habent. Nec à posteriori, deducendo nempe ad impossibile, si deductionem rigidè sumam°. Ad impossibile enim deducere est ad majus incommodum & absurdum deducere. Majus autem incommodum non est, quàm si quis ad idem esse & non esse concedendum adigatur, vel ad Contradictoria simul vera asserenda. Et deductio ad impossibile ex notioribus fieri debet. Nichil autem notius, quàm aliquid simul esse & non esse non posse. Per analogiam tamen aliquam deducendo ad impossibile confirmari poterit, nempe cum à rebus, de quibus loquitur principium, ad verba, de quibus loquitur Adversarius hoc principium negans, illud transferetur. Ut, qui hoc principium negant, significant illi aliquid contrarium & non significant. Et quia non significare se aliquid contrarium dicunt, utiq; non est respondendum amplius pro isto principio, siquidem ejus veritas immota manet. Sic: Qui negant hoc principium, vel intelligunt, quod loquantur, vel non. Si intelligunt, cur negant, quod velut in Sole scriptum est? Si non intelligunt, cum illis amplius agendum non est, tanquam insensatus, sed relinquendi, donec intelligere didicerint. Et sic non pro veritate principij amplius respondendum, ut quæ à non intelligentibus infringi non poterit.



Et declarati
explicatio
mùl esse &
guenter.
priè ad aff
cipium ali
exempla en
principium
declaratio
sem princi
quid non e
tius princ
non esse.
firmationis
siones ex i
à priori &
ca 4. Meta
causa pro
trinsecum
rei gratiâ
opposito se
ostendere p
porum.

DE PRINCIPII CONTRADICTIONIS
VERITATE, PRIMITATE,
ET GENERALITATE.



THESIS LXXVI.

Si autem demonstrari hoc principium nequeat: declarari tamen ejus veritas, & confirmari quibusdam potest, ut §. 72. seq. factum.

Es declaratio ejus partim experientiâ, partim terminorum explicatione fieri potest. Experientiâ, ut, hoc non potest simul esse & non esse, hoc iterum, & hoc quoq̃, & sic consequenter. Sic exemplis auferitur intellectui formido propriè ad assentiendum & ferendum judicium circa principium aliquod, non autem causa cognitionis ingeritur, exempla enim ex singularibus & sensibilibus sunt, quæ ut sic, principium universale facere non possunt. Terminorum declaratione, quæ si penetrati fuerint ab intellectu, veritatem principij spontè manifestant. Sic si sciatur, quid esse sit, quid non esse, quid idem, quid impossibile, facile veritas totius principij perspicietur. Impossibile est idem esse & non esse. Ita declaratum principium causa luminis & confirmationis erit, quo partim reliqua principia, partim conclusiones ex illis deductæ legitimè confirmantur. Non quidem à priori & per causam propriam ac proximam, ut Fonseca 4. Metaph. c. 3. q. 1. s. 3. vult, non enim hoc principium causa proxima veritatis aliorum principiorum est: Sed extrinsecum medium, quod hominis magis, quàm ipsius rei gratiâ assumitur. Impossibilitatem & repugnantiam ex opposito sequentem hoc principium, sanguam causa & à priori ostendere potest, non veritatem præcisè cæterorum principiorum. Vltima enim resolutio repugnantia fit ad Contradictionem,

N

ditionem,

Respondi
Johanne
Saurio.
Sverineus
Polono.

ditionem, ad quam per istud principium fit deductio. Hoc modo ipse Fonseca l. c. f. 4. ex hoc principio ad alia probanda procedere non ostensione, sed deductione ad impossibile ait. *At haec deductio à posteriori est, non priori. Sic cum ingenium humanum cetera principia prima, ut in se sunt, non statim comprehendit, confirmatur in eodem assensu deducendo ad impossibile, quod per hoc in ceteris fit, & ostenditur impossibilitas sequens ex eo, quod principium aliquod vel conclusio negata fuerit. Sic si quis neget, totum esse majus sua parte, repugnantia sequens ex ista negatione per hoc principium ostendetur. Si totum non majus sua parte, pars erit pars totius, & non erit. Erit, quia totum parte majus negatur, E. pars conceditur. Non erit, quia non est incompletum quid, quia non minus toto, Cum tamen omnis pars incompletum quid esse teneatur, quod totum suum componat. Ita aliquid simul erit, & non erit, quod Contradictorium.*

77. Generalissimum etiam est hoc principium, partim terminorum universalitate, partim applicandi ad omnes omnino materias habitate. Terminorum universalitate, generalissimi enim hi & transcendentes, ut idem, esse, non esse, Impossibile, non speciales & ex particulari aliqua disciplina desumpti. At transcendentes termini generalissimi sunt, ut in Metaphysicis docetur. Applicandi habitate, quia in omnibus disciplinis & scientiis deducendo ad absurdum veritas enuntiat alicujus per hoc ostendi potest, nullaque disciplina est, quae non illud admittat, & velut aeternum ipsius Naturae factum immotè à DEO fixum recipere cogatur. Etiam Theologia non rejicit talem ostendendi ex primo principio modum, in qua si evidenter Contradictorium aliquid esse ostensum fuerit, falsum illud esse necessario concedendum erit, nisi

in veritate
liquid esse
vendum his
pro veris, e
simus, quos
seq. l. 2. p
divinis, ut
f. l. c. 7. No
ra esse scrib
& desperat
quis eò dep
si duæ Con
ab Ubique
guis, Cujus
un, veris, /
ritates con
sic duo conti
mnibus in
commisum
tias non se
Si nonnull
cerunt, qu
masculè ab
Vs Grauy
Werenber
Hornejo,
quibusdam
negare, i
Contradict
ra esse, qu
cant, mo

in veritatem summi scientiarum principij, Impossibile est aliquid esse & non esse, periculè arietare velimus. Sed cavendum hic erit, ne apparentes Contradictiones arripiamus pro veris, & in confingendis inferendisq; illis justo liberatiores simus, quod in pluribus materiis Adversarios facere §. 34. seq. f. 2. patebit. Ratio enim Contradictionibus ludere in divinis, ut pueri astralagis, solet. Keckermannus l. 2. Log. f. 1. c. 7. Nostris tribuit, quòd duo Contradictoria simul vera esse scribant. Si ulla, ait, certa nota est malæ causæ & desperationis de tuenda thesi, hæc profectò est, cum quis eò depellitur, ut dicat vel scribat, nihil absurdi esse, si duæ Contradictoriæ sint simul veræ, id quod fieri hodie ab Ubiquetatis Patronis publicè videmus. Photinianus aliquis, Cujus mentionem D. Grauverus facit præfat. lib. de un. veri; similiter Nostris universè tribuit, quod duas veritates contrarias, Philosophicam, & Theologicam, statuamus, & sic duo contradictoria simul vera introducamus. Sed r. Malè omnibus imputatur, quod paucorum ignorantia aut malitia commissum est. Vt in simili de Reformatis Vorstij sententias non semper probantibus dixi Tra. d. esse alicubi f. 2. §. 15. Si nonnulli ex Nostris id tradiderunt, quod haud dubiè illi fecerunt, qui Contrarias & pugnantes veritates induxerunt, masculè ab aliis, & doctissimis Nostratium, est contradictum. Vt Grauvero, Cor. & Jac. Martinis, Keslero, Scharfio, Werenbergio, Schalio, Gerhardo, Meisnero, Calixto, Hornejo, Euenio, aliisq; Moderatiùs de Nostris Vedelius quibusdam id tribuit. Hæc progrediendi ratio, ait, semper negare, infesta est iis ex Protestantibus, qui dicunt, duo Contradictoria simul vera esse posse, seu posse simul vera esse, quæ in Logicâ humanâ Contradictionem implicent, modò non sint talia in Logica divinâ. Hi tales

Theologi & Philosophi habent, quo hic se exercent. 1. 3. Ratio. Theol. c. 2. & 12. Et 1. 1. c. 1. 2. Sapè sensus est de talibus Contradictionibus, quas Adversarii pro veris habent, Nos negamus. *Ex hoc non accusandi sumus, quasi primum Natura principium evertamus, & Contradictoria simul vera asseramus,* Cum in membris vel enuntiatis vera contradictoria, quæ Adversarij volunt, esse negemus, ut ex §. 34. l. 2. amplius patebit. Rabbini *elegantè primum principium pronuntiant: כִּלְכִל בְּאֵם אִן אִן אִן אִן; Omne dictum aut est ita, aut non.* Aufonius in Edyll; 17. *elegantibus versibus id est complexus:*

Est & non, cuncti monosyllaba nota frequentant,
His demptis nihil est, hominum quod sermo volutet.

Omnia in his, & ab his sunt omnia, sive negoti
Sive orti quidquam est, seu turbæ, sive quietis,
Hinc etiam placitis schola consona disciplinis
Dogmaticas agit placido certamine lites,
Hinc omnis certas Dialectica turba Sophorum,
Est lux, estne dies ergò? Non convenit isthac,
Nam facibus multis aut fulguribus quotiens lux
Est nocturna homini, non est lux ista diei.

Est & non igitur quoties lucem esse fatendum est,
Sed non esse diem, mille hinc certamina surgunt.
Hinc pauci multi quoque talia commediantes
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.

Qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant?
Idem Aufonius epist. 25. ad Paulinum de Pythagorâ hoc principium refert.

Sic Fama reatum.

Pythagoram docuisse refert, cum multa loquaces
Ambiguè se erent verbus, contra omnia solum.

Est res
Regula
Quæ fir
78.1
firmatum,
aded late
vis, quod
complectat
chimara,
eo dici pote
sit, homo
pij variè
toto illud
Vt Acade
critus, &c
clitus illud
c. 9. & 4.
in Veteru
non facer
inquit, A
lisse eoru
2. Politico
delectam
in artific
tres parte
& artes n
za d. 3. M
tipium Ca
tamen à n
Sed illum

Est respondebat, vel non: O certa loquendi
Regula! Nam brevius nihil est nec plenius istis,
Quæ firmata probant, ac infirmata relidunt.

78. Ita fundamentum *Contradictionis adductum & confirmatum*. Circa sensum ejus observa, id idem & quodlibet ad eò latè sumendum, ut non ens reale solùm, sed quodvis, quod mente concipi aut verbis exprimi queat, complectatur. *Quodcumq; enim mente concipi potest, ut Chimæra, Cerberus, Phæcton, id vel est vel non est, Nec de eo dici potest, quòd simul sit & non sit, tale sit & non tale sit, homo sit & non sit homo.* Impugnatur veritas principij variè à variis, partim ex toto, partim ex parte. Ex toto illud negant, qui omnia incerta & indifferentia dicunt, ut Academici, Sceptici, Pyrrhonicus, Arcefilas, Democritus, &c. de quibus t. 2. dictum. Antisthenes & Heraclitus illud prorsus non admisserunt, ut Aristoteles 1. Top: c. 9. & 4. Metaph. c. 3. tradit. Si tamen satis bonâ fide in Veterum recensendus sententiis semper versatur, quod eum non facere Muretus l. 1. Var. Lect. c. 14. sentit. Videtur, inquit, Aristoteles interdum non satis bonâ fide retulisse eorum sententias, quos redarguere statuisset. Lib. 2. Politicor. ubi exagitat formam Republicæ ab Hippodamo descriptam, Civitatem ab eo in tres partes distributam dicit, in artifices, agricolas, & milites. At Hippodamus in alias tres partes distribuit, ut consulentium, armis defendentium, & artes necessarias exercentium, &c. Similia de eo Mendoza d. 3. Metaph. §. 21. habet. Aristoteles, ait, hoc principium *Contradictionis* 4. Metaph. ex instituto probat, quod tamen à nullo unquam homine fuisse negatum arbitror, sed illum suo more ex suo cerebro id alicui imposuisse,

ut inde occasionem illius confirmandi arripere. Ramus l. 4. Sch. Metaph. c. 4. Elenchus Aristotelis, inquit, erit adversus non paradoxa, sed monstra opinionum tam absurda, ut thesis ingenij causâ conficta videatur. Postea: Atqui tamen hic Philosophus, Heraclitus, artes & scientias docuit, ut suspicer, hanc thesin, Contrad. partem utramq; esse veram, Heraclito elegantioris alicujus Theologia gratiâ impositam esse. Nec Aristoteles rem affirmat: quin etiam, ait, si Heraclitus verbo id dixerit, non propterea mente judicavit. Apud Thomam p. 1. q. 81. a. 2. quidam inducuntur, qui intellectum tantum suam speciem & passionem considerare dixerunt. Sic qui pravo gustu mel amarum judicet, ei verè amarum sit: Qui bono dulce, ei verè dulce sit. Ita mel simul amarum & non amarum fuerit, & erit aliquid simul & non erit, Quo principium Contradictionis similiter evertitur. De Judæis Buxtorfius in synag. c. 1. tradit, quòd in Thalmudo & alibi à Discipulis suis requirant, ut, si duos Rabbinos contendentes & contradicentia proferentes audiant, utriusq; doctrinam à Mose profectam, & sententiam DEI viventis esse credere, ac Contradictoria simul verissima habere debeant.

79. Ex Neotericis Pseudonomus quidam, qui se Christianum Israelitam nominat, quem impurissimum nebulonem Dn. Hornejus tr. d. proc. disp. c. 5. n. 4. Stahlus Sycophantam & impurissimum scurram in axiom. Phil. tit. I. reg. 1. n. 6. 8. vocans, in libello cont. D. Graverum edito assert. 3. principia illa naturalia, Contradictoria nequeunt simul esse vera, & impossibile est idem esse & non esse, neminem verum Christianum agnoscere posse aut debere ait. Idem senserunt ex Nostratibus illi, qui duas & Contradictorias veritates introduxerunt, Theologicam & Philo-

Philosophi
Hoffm
rus, Go
Complic
t. 24. &
stantibus
c. 1. & l.
simile qui
vera esse
leus Imp
tia à mer
ut ambo
docere tra
Weigelic
Si tamen
judicare
intender
Christian
rito S. r
contradi
miserum,
strem fut
nobis in
Sic Zede
visurum
deog fal
debat.
der Bla
bendes
heit dur

Philosophicam, & alteram alteri contradicere censuerunt, ut Hoffmannus, Olearius, Cramerus, Schillingius, Mullerus, Gottf. Sluterus, Kittelmannus, Garguthenius, & Complices, de quibus alibi monui, ut Coron. Gymn. Log. t. 24. & dec. I. misc. d. 10. t. 6. Ac quosdam è Protestantibus ita sensisse tradit Vedelius l. 1. Ratio. Theolog. c. 1. & l. 3. c. 12. ac alibi. Jacob. Palæologum Arianum simile quid sensisse c. 1. dictum. Sluterum duo Contradictoria vera esse posse in Theologia in disp. quadam concessisse Malteus Impiet. Hofman. p. 50. refert. Weigelium in schola gratia à mente uniri & combinari realiter duo contradictoria, ut ambo simul & semel citra respectum & absolutè vera sint, docere tradit Wendelinus dedicat. Theologia, Et ex ipso Weigelio in Theologia c. 1. 2. 3. aliquid horum pateat. Si tamen ex æquiore, & pro Candore ac Caritate Christianâ judicare velimus, Weigelius sensum sub verbis longè alium intendere videatur. Nempe in Scholâ gratiæ & Sp. S. bonum Christianum utrumq; simpliciter credere vult, quod à Spiritu S. revelatum sit. etiam si rationi & Naturæ vel maxime contradictorium & contrarium videatur. Sic Messiam fore miserum, abjectum, vermem, & eundem gloriosum ac illustrem futurum, Christum corpore ascendisse in calos, & eodem nobis in terris adesse, pia mens simpliciter utrumq; credit. Sic Zedekiam Babylonem captivum ductum iri, & eam non visurum, Ezech. 12. v. 13. impij Judæi pro Contradictoriis adeoq; falsis habebant: Pij utrumq; credebant, & eventus respondebat. Hoc verba ejus c. 2. S. 7. docere queant. Mens oder Glaub / air, der über alle Vernunft ist / erkennt beydes vor warhafftig / Er ist die gelassene Gelassenheit durch das Creutz in Christo / da ist kein disputiren. Keine

mus l. 4.
rit adver-
absurda,
tea: Atqui
scientias
partem u-
us Theo-
affirmat:
na proprie-
a, 2. qui-
speciem &
mel ama-
ei verè
fuerit, &
ntradictio-
in synag.
pulis suis
& contra-
n à Mose
edere, ac
qui se
um nebu-
Stahlius
om. Phil.
Graverum
ctoria ne-
m esse &
cere posse
is, qui duas
ogicam &
Philo.

Ecce dissidia in religione. Fanaticos, Atheos, Anabaptistas, & similes, similia sentire c. l. traditum est. Ex parte quidam è Papistis id negant, qui principia rationis in Theologicis à Protestantibus licitè adhiberi negant, ne rationem velut mediam inter Scripturam & conclusiones inde eductas constituent. Inter quos in Galliâ fuerunt Cardinalis Perronius, Gonterius, Arnoldus ac Veronius Iesuita, longè stultius & impudentius hypothesis Cardinalis proponentes & amplificantes, de quibus Idem Vedelius l. I. c. 3. 4. memorat. De Nihusio tradit Corn. Martini, quòd manifesta Contradictoria ita Pontificis Rom. iudicio subieceris, *Ve si nolis, Contradictoria illa non sint*, Ap. D. Calixtum d. arte novâ p. 137. Sic obliquè firmitas hujus principij concutitur.

80. *Falso omnia & alienè.* 1. Si Christiano talibus principijs uti non licet, obbrutescere illum, totamq; rationem & lumen Naturæ in Theologicis ejurare oportebit, h. e. *in brutum prorsus degenerare, quod absurdissimum.* 2. Principia illa à DEO in ipsam Naturam sunt fixa, à nobis tantùm animadversa & eruta, non inventa & fundata, ut ex Augustino 2. d. doct. Christ. c. 32. alibi deduxi, dec. 1. misc. c. l. t. 7. *Sed quod DEUM authorem habes, in Theologiâ licitè à Christiano agnosceatur & adhibebitur.* 3. Principia illa sunt verissima & immortæ certitudinis, §. 67. seq. E. & in Theologiâ adhiberi possunt. *Vera enim cur ex usu in Theologiâ excludamus?* 4. Scriptura ipsa ex lumine Naturæ petita principia nusquam rejicit, prohibet, aut damnat, sed potius adhibet. *Nullum enim argumentum in Scripturâ est, quod regulis bonæ consequentiæ contraveniat, ut multis dec. 1. misc. disp. 10. ostendi. Sic Christus ex virtute talis principij procedit* Matth. 22. v. 23. *Vbi DEUM non esse*

esse DEUM
traditione
non vivor
membro
guentur
quod prae
guent, ex
tando ad a
narum, &
psos Scriptu
sed consequ
petitum r
usum prin
monstran
sequentiis
firmâ conse
c. 18. v. 2
textis, ref
seq; Idem
an aperto
Rom. 11.
contradice
ex hisq; con
bere, sent
simul ver
negat Je f
generale
etiam pe
Lectione
81.
Gloria, si

esse DEum mortuorum, sed vivorum ait. Vbi virtualis Contradictionis amotio est. DEus est vivorum DEus, non simul non vivorum s. mortuorum. Si Contradictio simul in utroq; membro vera esset, vacillans & incertum esset Christi argumentum, quod solidissimum. Ibidem Sadducæos arguit, quod pravâ consequentiâ resurrectionem mortuorum oppugnent, ex aliquo ad statum hujus vitæ pertinente argumentando ad alterius vitæ statum, nuptiarum in hac vita contractarum, & alterâ renovandarum difficultate. Nescire ipsos Scripturam dicit, non textum afferendo, quem nescirent, sed consequentiam à statu hujus vitæ ad statum alterius petitem reprobando, & per veram consequentiam ac usum principiorum rationis resurrectionem ex V. T. demonstrando. Sic Apostoli de Christo ex Scripturis per consequentias disputant, & id in illis contineri ajunt, quod inde firmâ consequentiâ eliciunt. V. Actor. 10. v. 23. c. 17. v. 3. c. 18. v. 28. Sic Paulus variis consequentiis rationis usu contextus, resurrectionem nostram probat, 1. Cor. 15. v. 13. 14. seq; Idem ad Naturam ejusq; judicium provocat in quaesito, an aperto capite mulieri orare concedendum, c. 11. v. 14. Idem Rom. 11. v. 5. 6. electionem gratiæ & ex operibus, tanquam contradicentia opponit, & simul vera esse non posse assumit, ex iisq; concludit. Et 1. Cor. 7. v. 25. præceptum se non habere, sententiam autem suam dicere ait. Si contradictoria simul vera, & præceptum & sententiam suam diceret, quod negat se facere. Quæ contrâ multis hic excipi solent, ad generalem de usu principiorum rationis in Theologia doctrinam pertinent, de quâ alibi copiosius. Videantur interim Lectiones Logicæ Nostræ Theologicæ, par. 1. c. 1.

81. 5. Si quæ in Logicâ humana sunt Contradictoria, simul esse vera possunt, in negationibus prolatorum

O

rum

rum in infinitum progredi licebit, ut nusquam sistatur. *Finis enim negationum in eo est, Idem non posse simul esse & non esse. Sic, quod Scriptura dicit, verum est, si quis neget, nisi Contradictionis principium admittas, quo eum constringas, non habebis. Quidquid enim prouleris, negabit, & si alterum Contradictorium verum esse oportere dixeris, & hoc negabit, & sic in infinitum, à quo Natura & ratio omnis abhorret. At hæc absurdissima sunt etiam in Theologicis, nec admittenda.* Quorsum Jesuitæ quidam nos deducere volunt, ut Vedelius c. l. l. 3. c. 12. memorat. 6. Si principium Contradictoria Christiano non assumendum, maxime ideo erit, quod Naturæ & rationis sit. At hoc nihil obstat. Nam & hæc Natura sunt, Parentes honorandi, suum cuique tribuendum, non furtum faciendum, non adulterium committendum, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, Quæ tamen omnia à Christianis recipiantur. Ea & Contradictionis principium, etsi Natura sit, recipi potest. Ex obliquo principium hoc negant, qui periculosissimum in divinis principium vocant, quod D. Meisnerus p. 1. P. S. f. 4. c. 2. q. 3. facere Vedelius c. l. c. 1. tradit. Et similia D. Meisnerus c. 9. q. 5. c. 1. habet. Sed ille proprie, si contextus ejus inspicatur, non de principij veritate aut generalitate, sed quorundam pravâ in Theologicis applicatione agit, quod ratio statim, si mystica non capiat, Contradictoria esse proclamat. *Ludit enim Contradictionibus ratio in divinis vehementer, ut S. 56. monitum.* De Philosophia in existentia, & prout à Philosophis exercetur, loquitur, ubi sæpè fieri dicit, ut quæ sibi oppositè constant, nobis e contra videantur, si ad rationis veritatem expendantur, ut q. 5. c. 1. loquitur. Hoc modo ex abutu rationis applicantis, principium periculolum in divi-

nis esse po
Theolog

82.

Naturali
cultiorib
thio hoc
Falso. 1.
tiarum &
tio enim f
per demon
petit ipse
est homo
nationis
per eam
set princi
sui generi
tia de seip
turale. co
primum
proposito
corpus N
At hæc c
dicatione
prima di
notiora
rum est
formâ c
constat
bus recte
agnosce
agnosce

vis esse potest, cum ex se verissimum & solidissimum, ac in
Theolog. utilissimum esse possit.

82. Alij non verum quidem, sed primum luminis
Naturalis principium esse, negant. Ex Scholasticis Ve-
tustioribus Antonius Andreas 4. Meta: q. 5. cum Boë-
thio hoc pro primo principio substituunt: Omne ens est ens.
Falsò. 1. Propositio identica & nugatoria non potest scien-
tiarum & demonstrationum esse fundamentum. Demons-
tratio enim fit per aliud quid & notius ipso demonstrato, non
per demonstratum ipsum. Sed enunciatio identica crudè re-
petit ipsum, quod demonstrandum est. *Fi ens est ens, homo
est homo, Canis est Canis, cog. ab Averroë in fine abomi-
nationis esse dicitur, quòd mens discendi cupida nihil
per eam erudiatur, sed eludatur.* 2. Si hoc primum ef-
set principium, consequenter in quavis scientiâ primam
sui generis principium esset illud, in quo subjectum scien-
tiæ de seipso prædicaretur, ut corpus Naturale est corpus Na-
turale, cælum est cælum, terra est terra, & tam esset notum
primum principium unius scientiæ, ac alterius. Omnis enim
propositio identica est æquè nota, ut corpus Naturale est
corpus Naturale, substantia est substantia, accidens accidens.
At hæc omnia sunt absurda & insulsa. Nam & præ-
dicationes ineptæ sunt: Et experienciæ contrariatur, omnia
prima disciplinarum principia esse æquè nota, cum longè
notiora hæc sint, Impossibile est aliquid esse & non esse, To-
tum est majus sua parte, quàm hæc, Omne corpus materiâ &
formâ constat, est divisibile, omnis numerus ex unitatibus
constatur, &c. Omne triangulum æquicrurum est æquale duo-
bus rectis, &c. 3. Si identica propositio pro primo principio
agnoscenda, potiùs Philosophica & artificialis pro eo
agnosceretur, ut qua definitionem vel descriptionem rei pro

pradicato poneret realiter à Naturâ subjecti non diversam. Vt, ens est essentiam habens, Corpus est substantia materiata, Cælum est Corpus simplicissimum, &c. quàm cruda & nugatoria. In illâ enim, etsi pradicatorum realiter cum subjecto idem sit, ut definitio cum definito solet: Non tamen crudè identica est, cum distinctius pradiceat de confuso, & determinatius de indeterminato, & sic doctrinalis esse possit. Consequens est verum. E. & Antecedens.

83. Javellus 4. Metaph. q. 9. hoc pro primo principio substituit: Necessè est quodlibet esse vel non esse, quod hoc sit affirmativum, prius negativum. Assertio autem prior sit negatione. Et sic illud prius hoc esse, & sic verè primum censi debet. Contra: 1. Quod per se est evidentius, id rectè pro primo principio assumitur. Sed hoc evidentius, Impossibile est idem esse & non esse, quia repugnantiam duorum dicit; quàm hoc, Necessè est aliquid esse vel non esse, quod alterum è duobus uni inesse oportere dicit, & immediationem Contradictoriorum ponit. Repugnantia autem evidentior immediatione, ut §. 49. visum. 2. Quod generalius dicit, rectè prius est. Generalia enim Naturâ priora specialibus. Negativum autem illud generalius dicit repugnantiam, quæ generalius attributum immediatione, cum & contrarietatibus competat, quibus non immediatio. E. rectè prius dicitur. Conf. c. 1. Ad argumentum Javelli §. 84. respondebitur.

Ex Neotericis Picus Mirandulan: l. d. ente & uno c. 4. & Masius tr. d. ente p. 1. c. 3. Si de ente in concreto accipiatur principium, aliquid dari posse putant, quod nec sit, nec non sit, ut ipsa essentia, quæ nec ens seu existens quid sit, cum principium hujus sit, nec non ens seu nihil, cum principium entis sit. Falsum & hoc esse inter objectiones §. 94. videbitur.

tur. Rām
tradi
rum pra
prior fals
sum & h
ralius in
intellectu
ne & discu
tionibus i
confirmati
enim veri
principium
falsum ref
tione eni
& veritas
mum om
mnum pr
issimum
prius aliq
suppositio
84.
strum vid
ei posse vi
est negati
affirmati
non esse,
est, vel,
Contradi
prius erit
hypothes
mativum

zur. Ramus l. 4. Schol. Metaph. c. 3. Similiter negat. Contradictionis principium esse primum, & axioma causarum præfert. *Quod veri confirmatio, qua ex causis fit, prior falsitatis refutatione, qua à Contradictione fit, fit.* Falsum & hoc. 1. Nostrum principium est evidentius & generalius in sensu axiomate causarum. Ex solo enim terminorum intellectu innotescit, §. 55. Cum causarum principium ratione & discursu opus habeat, quo probetur. 2. Nec solis refutationibus inservit, qua ad falsum refellendum pertinet: sed & confirmationibus, qua ad verum ostendendum. Ostenditur enim veritas deductione ad absurdum per hoc Contradictionis principium, §. 55. Nec Contradictio principium ad solum falsum refutandum est, sed & verum confirmandum. Deductione enim ad absurdum, qua Contradictionis principio fit, & veritas confirmari potest. 3. Nec principium hoc primum omnium dicitur, quòd in formâ propositionis, qua omnium prima, proferatur: sed quòd in sensu omnium evidentissimum, & veritate omnium firmissimum sit, ac ultrà per prius aliquid demonstrari non possit, nec ulla alterius principij suppositione indigeat.

84. Ita sententias quorundam contra principium nostrum vidimus. Movendæ & sunt objectiones, qua obverti ei posse videantur, & refellenda. Dices I. Afirmatio prior est negatione, tanquam mensura ejus. E. & principium affirmativum prius negativo. Sed hoc, imp. est idem esse & non esse, est negativum. Hoc autem, Quodlibet est aut non est, vel, Contradictionis altera pars semper vera, vel unum Contradictorium destruit alterum, affirmativum est. E. hoc prius erit illo, & sic absolute primum. R. 1. Quidam ex suis hypothésibus negabunt, negativum esse, sed sensu affirmativum dicent, & per novam additam copulam sic resol-

vent: Esse est illud, quod impossibile est simul non esse, quod pro affirmato habent, quia principalis copula, est illud, affirmatur. Ita Ravius in Logicis suis scriptis. Sed quia hæc hypothesis communi sententiæ adversatur, nec facile Logicis admittitur, ut t. 45. seq. s. 1. Tract. de oppos. Enuntiat: dicitur, rectius respondetur, 2. Affirmatio est prior negatione, si spectes ordinem generationis & enuntiationum naturam, non semper, si veritatem, firmitatem, & evidentiam rerum, aut demonstrandi necessitatem. Sic enim negativa priora interdum affirmativis esse possunt. Et hac ratione principium illud, quamvis negativum sit, omnium primum dicitur, quia notissimum, verissimum, & firmissimum est, §. 71. seq. Et demonstrat omnia alia principia, ipsum autem à priori & posteriori est indemonstrabile, §. 75. Non dicitur primum formam enuntians, quasi omnium primam proponatur: Sed sensus evidentiam, confirmandi necessitate, & veritatis firmitate §. 72. 3. Et si forma proponendi sit negativa, virtute tamen sensus affirmativam continet, nempe, Quodlibet est vel non est, quod radicitus in priori. Negatio autem evidentioris est veritatis, ideo affirmationi præferitur. Coetera principia, ut Contradictionis altera pars vera, & unum Contradictorium destruit alterum, nec prima sunt, non enim terminus generalissimis constant, ut alterum principium, sed specialibus: nec evidentissima, sed explicatione opus habent, nec indemonstrabilia, nam per hoc, Imp. est aliquid esse & non esse, ut prius & manifestius demonstrari à posteriori possunt. Ideoq; primi principij locum verè suerè non possunt.

§5. 2. Simplicia sunt priora compositis. Sed hoc principium est propositio modalis, de modo Impossibili quæ priorem habet absolutam, quæ simplicior, & ex quâ illud adje-

do modo
natur, ut
est, & m
ciores ip
omnium e
tis, Si spe
propositio
tiandi,
evidentiam
compositio
esse potest
quia per
monstram
demonstra
est aut no
dentiam
partim m
strum per
cygno affi
cipium ho
est affirm
ille apert
& non a
quo aliqu
in quo lo
sur, ac in
iuncto al
hil obest
rum, sed
quod ipse
omnia ex

Et modo formatur. Continet idem terminos, ex quibus formatur, ut idem, esse & non esse, quod predicatum conjunctum est, & magis compositum, quam solitarium. At hi sunt simpliciores ipso enuntiato, quod ex illis formatur. E. nequis primum omnium esse principium. R. Simplicia sunt priora compositis, Si spectes ordinem generationis & compositionis: Et propositio modalis est posterior absolutâ, si spectes formam enuntiandi. At si veritatem, certitudinem, necessitatem, & evidentiam, ac demonstrandi primitatem spectes, prius compositum simplici, & enuntiatum modale absoluto esse potest. Et hoc respectu principium nostrum primum dicimus, quia per ipsum à posteriori cætera principia omnia demonstrantur, sed ipsum per aliud nec à priori nec posteriori est demonstrabile. V. S. 71. Ita etsi quoad rem hoc, Quodlibet est aut non est, cum nostro principia idem sit: quoad evidentiam tamen & perspicuitatem partim rei enuntiata, partim modi enuntiandi nostrum superat, eoz prius ad nostrum perspicue revocatur. Sic si quis hanc consequentiam, De cygno affirmatur albedo. E. non negatur, neget, in quâ principium hoc, Quodlibet est vel non est, vel de quodlibet vera est affirmatio aut negatio, aperte continetur & exercetur. Ille apertiore hoc incommodo urgeri poteris, E. simul albus & non albus est, quod est contra principium negativum, quo aliquid simul esse & non esse impossibile judicatur, & in quo longè evidentius absurditas & incommodum proponitur, ac in affirmativis istis. Similiter, quod ex predicato conjuncto aliisq; terminis constat, quæ priora enuntiatu sunt, nihil obest. Primum enim dicitur, non simplicitate verborum, sed evidentiâ rerum, & prioritate demonstrationis, quod ipsum prius non habeat, ex quo demonstretur, sed alia omnia ex ipso demonstrentur. Ita & reliqua principia, Quodlibet

libet est, aut non est, de quolibet vera est affirmatio & negatio, terminos habens, ex quibus constant. Prima tamen sensu & certitudine, ac demonstrandi prioritate, ab aliis aestimantur.

86. 3. *Omne necessarium habet suam causam, ex qua, ut priore ostendatur. E. & hoc principium, si necessarium esse debet. E, ex ea, ut priore ostendi poterit, & sic non erit simpliciter primum. R. 1. Omne necessarium scilicet secundum & dependens habet causam, non autem si primum & independens sit. Sic DEVS summè necessarius, sed independenter, & causam aut prius aliquid se non habet. Sic & hoc principium independens scilicet, in probando ab alio ut priori est, & sic causam habere non tenetur. 2. Omne necessarium habet causam, scilicet non rigidam & propriam, sed latissimam & analogicam, qua qualiscunq; ratio explicandi & declarandi eius sit, non semper probandi & demonstrandi. Sic hoc principium declarari ex terminis potest non demonstrari ex prioribus principiis. V. §. 72. 4. Principium illud probari potest per aliud principium, nempe. Impossibile est duo contraria inesse eidem subjecto, vel impossibile est duas Contradictorias simul esse veras. Non ergò simpliciter primum est. R. Probari potest per illa, non ob sui necessitatem & obscuritatem, quasi ex se probatione opus haberet: sed ex accidente. ob hominis illud negantis proterviam, qui tùm convinci poterit ex illis, qua concesserit, qua fortasse ista aut similia esse poterunt. Talis probatio non erit ad rem, sed saltem ad personam & hominem, ut vocant. Si prorsus nihil concedat, non convincendus, sed ut furiosus deserendus est, donec ad se reversus aliqua concedere inceperit. Sed ex se & per se nostrum principium nullà ex aliis, ut prioribus aut notioribus, confirmatione opus habet, quia ipsum per se pri-*

se primum
lo sana

87.

Sed hoc pr
Nihil aut

de seipso,

autem talis
& notissim

erit principi

vera princi

principia e

ant tantum

possunt. V. §.

esse notius

ta Contrad

dicat, nec ve

falsitas huj

autem cons

ens & non

prius præ

mium pri

monstratio

peritia sunt

pro princip

l. e. id. e. 8

inter prin

88.

matio, q

gnitionis e

furda est d

lina princi

se primum, certissimum & evidentissimum est, & quod à nullo sana rationis negari potest, ut §. 66. seq. patuit.

87. 5. Notiora sunt Naturâ priora inter principia, Sed hoc principium est notius, ens est ens, quia identicum est. Nihil autem notius esse potest, quam ubi aliquid predicatur de seipso, Quia nihil sibiipso est vicinius, quàm ipsum. Hic autem talis predicatio est, & quidem terminis generalissimis & notissimis proposita, Ens & non ens. E. hoc potius primum erit principium. R. 1. Notiora sunt Naturâ priora aliis, si scilicet vera principia esse possint. At identica nulla cognitionis principia esse possunt, quia nihil docent intellectum, sed fodiunt tantum & illudunt, nec unquam ad demonstrandum assumi possunt. V. §. 77. 2. Falsum est, illud enunciatum identicum esse notius nostro principio, Non minus enim nota est falsitas Contradictentis propositionis, quàm veritas illius, cui contradicit, nec veritas illius, quàm falsitas hujus, E. non minus nota est falsitas hujus, ens non est ens, quàm veritas illius, Ens est ens. Illi autem contradicit nostrum principium, Impossibile est aliquid esse ens & non esse. Æquè ergò notum ac illud, Non ergò illud prius præcisè nostro. 3. Posset inter principia complexa omnium primum esse hoc: Ens est ens, si esset doctrinale, & demonstrationis medium esse posset. Sed quia identica artis expertia sunt, & nullius demonstrationis media esse possunt, nec pro principis assumi possunt. In ejus ergò locum hoc assumptum, I. e. id. e. & n. e. quia & demonstrandi medium esse potest, & inter principia primum ac notissimum est.

88. 6. Si absurda est duarum Contradictentium affirmatio, quam hoc principium damnat, quod primum cognitionis & ostensionis dicitur principium, E. non minus absurda est duarum Contradictentium negatio, quam similiter aliud principium damnare debet, & quod consequenter non mi-

nus primum erit, ac hoc propositum. *Vt, si Impossibile est aliquid esse & non esse, E. & Impossibile erit idem non esse & nec non esse.* E, aequè prima hæc principia. E. prius non præcisè primum est. R. Nullo peculiari pro negatione hic opus principio. Nam damnare affirmationem duorum Contradictentium jam ipsum negare est, eã simul esse vera, & negare eã esse vera, est damnare affirmationes eorum. Nemo enim duas Contradictentes negare potest, qui non aliis verbis affirmet. Si qui negat has, Socrates est albus, Socrates non est albus, perinde facis, ac qui eas affirmat vel concedit. Negare enim Socratem esse album, est affirmare ipsum non esse album: Et negare ipsum non esse album, est affirmare eum esse album. Sic idem est negare, omnem hominem esse album, & affirmare, quendam non esse album, Et negare, aliquem non esse album, ac affirmare, omnem esse album. Ita non opus alio principio ad damnandam negationem duorum Contradictentium, quàm damnare illorum affirmationem. Qui enim hoc facit, eo ipso negat, ea simul posse consistere. 7. Si hoc principium simpliciter primum, per illud omnia cætera disciplinarum principia probabuntur. Hoc enim primi principij proprium, probare omnia inferiora principia. Sed hoc Impossibile est, quia per unum principium nihil concluditur, sed plura concurrere oportet. Si autem nihil concluditur, minus probatur. Deinde cætera principia, ex quibus aliquid demonstratur, sunt propositiones immediatæ. Demonstratio enim ex primis & immediatis fieri debet. At immediata alia priora non habent, sed sunt indemonstrabilia. R. Per unum principium nihil concluditur sc. tanquam à priori vel rigide etiam posteriori: bene tamen tanquam analogicè à posteriori, & velut deducendo ad Impossibile. Ita per nostrum principium cætera probantur. V. §. 71. Et s.

ta propo
quasi in
nim non
dum, &
sibilia. S.

39.

mum, ma
ret decept

atione ex
principia

sum induc

Deinde o

nim & a

4. Totum

hominibus

gnoscentur

facile omni

cipij posse

Ergo hoc

hoc princ

Si tamen

eraret, i

cipij Natu

queretur

blandiens

circa alia

pia æq; r

py, Totu

nitis tan

in dirina

culâ indu

ta propositiones immediatae demonstrantur, non à priori, quasi in suo genere priores & immediatiores haberent, sic enim non essent immediatae: Sed deducendo ad incommo- dum, & ostendendo, incurri evidentes absurditates & Impos- sibilia. §. 75. seq.

89. 8. Si hoc principium esset primum & firmissi- mum, maximè ideò esset, quod circa illud non continge- ret deceptio. At hoc falsum est, nam ut probetur, indu- ctione ex illis eget, quae sensibus percipiuntur, ut de omnibus principijs constituit Aristoteles 1. Metaph. c. 1. Sed in sen- suum inductione dari potest deceptio, ut experientia ostendit. Deinde omnia principia essent aequè prima, Habent e- nim & terminos aequè communes ac notos, ut bis bina esse 4. Totum esse majus sua parte, & perceptus terminus aequè ab hominibus approbantur, ac hoc. Imò quaedam faciliùs co- gnoscuntur ac hoc. Leges enim Contradictionum non ita facile omnes norunt, quas tamen ad intellectum hujus prin- cipij nosse oportet. Et sic circa illa etiam contingeret deceptio. Ergò hoc principium nequit absolute primum dici. R. Etsi hoc principium inductione sensibilibus declarari possit, §. 72. Si tamen in sensibili inductione sensus hic quadam ex parte erraret, nunquam intellectus ob claritatem huius prin- cipij Naturâ sibi impressi & cogniti, sensus errorem se- queretur, aut cujuscunq; argumenti, quacunq; probabilitate blandientis & Oppositum confirmantis speciem reciperet, quod circa alia principia fieri posset. Vnde non sunt reliqua princi- pia aequè nota ac prima, ut nostrum est. Sic hujus princi- pij, Totum est majus suâ parte, veritatem, quidam in fi- nitis tantùm & usitatis materiis procedere arbitrantur, in divinis & miraculosis cessare, plausibili quadam ratiou- culâ inducti, quod 7. item 12. cophini fragmentorum, qui par-

zicula panum à Christo distributorum fuerint, longè majores totis panibus suis extiterint, nisi partes eorum, ut Tract. de pane f. 1. c. 35. dictum. Sic DEUS est pars personalis in personâ Christi, Major tamen & extensivè & intensivè suo toto compasso, quia infinites omnem perfectionem comprehendit, ut major perfectio ipso cogitari non possit. Unde ad totum extensivum & partes finitas integrantes, ac totum virtuale virtutibus finitis pradiatum, sive totum ex partibus finita perfectionis compositum applicant principium Occamus in Centiloq. Theolog. & Becanus p. 3. Th. Sch. tr. 1. c. 6. q. 3. Sic hoc principium, eadem uni tertio inter se sunt eadem, quidam in materiis creatis tantum procedere putant, in increatis, ut Trinitate, vacillare, ut Svaretz l. 4. de myst. Trinit. c. 3. d. 7. Sic, Contraria non possunt simul inesse uni (subiecto), quidam de Naturæ saltem modo verum putant, de supernaturali potentiâ secus esse posse, ut §. 63. adductum. Sed de nostri principij veritate aut generalitate nemo argutior unquam dubitavit, & imbecilliores, modò sensum terminorum perceperint, dubitandi causam non habebunt.

90. 9. Aristoteles 4. Metaph. c. 4. 5. principij hujus veritatem non solum contra protervos, sed & imbecilles quosdam & rudes defendit, qui demonstrationis illud indigum putarunt, adeoq. se illud demonstrare posse existimabant. Quòd indicio est, non æquè certum ac evidens illud universis esse, & consequenter primum omnium esse non posse. R. Quidam de veritate hujus principij dubitarunt, non absolute, quasi sine ullâ conditione id pro falso habuerint, sed ex hypothesi argumentorum, qua contra illud formari videbant, & qua solvere non poterant. In quantum ergo argumenta falsitatis aliquid in eo ostendere videbantur, in tantum dubitarunt. Sed hoc firmitati principij in sese nihil adimit, quòd

quòd rude
ligenter
quidam e
sit. Nihil
est, quod
fuisse Pau
der ex ju
entia & a
Sed judici
tum, alter
poterunt,
non erit p
rum cum
norma,
tas intelli
cum subie
vina essen
intellectus
potest. Ha
conform
ut fundam
vel distin
modocur
num judi
deoq. nec
dicia hor
91.
habile vo
falsa esse
sic non cer
& compar

quòd rudes quidam & insensati de eo dubitent, & qui, si diligenter specularentur, opposita ejus facile diluere possent. Sic quidam ex malitiâ, alij ex stupore dubitarunt, an DEVS sit. Nihil per stuporem eorum firmitati hujus principij, DEUS est, quod mentibus gentilium inscriptum & *Φαυερὸν ἐν ἀνόϊς* fuisse Paulus ait, Rom. I. v. 19. Admitur. 10. Veritas pendet ex judicio & opinione hominum, est enim congruentia & adæquatio rerum cum intellectu seu conceptu. Sed judicia & opiniones hominum variant, & quod uni certum, alteri falsissimum videtur. E. & in hoc principio variare poterunt, & unus verum ducet, alter falsum habebit, & sic non erit primum & notissimum. R. Veritas est adæquatio rerum cum intellectu, non tanquam cum fundamento, normâ, & mensurâ, nisi intellectus Divinus ad res creatas intelligatur, harum enim ille mensura; sed tanquam cum subjecto cognoscento & objecto cognito. Ita & divina essentia ab intellectu divino cognoscitur. Non tamen intellectus ejus mensura proprie, aut hac ab eo mensurata dici potest. Hoc enim nomen imperfectionem importat. Veritas est conformitas intellectus ad rem, non rei ad intellectum, ut fundamentum. Quod pronuntiat, ut res vel in se, vel distinctâ ratione est, id verum est, non quod quomodocunq; conceptus habet. Et sic licet variant hominum judicia, veritati ipsarum rerum id non prescribit, adeoq; nec firmitati principij nostri obstabit, licet variare judicia hominum circa illud contigerit.

91. II. Aristoteles principium Contradictionis probabile vocat I. 2. prior. c. II. *At probabilia ita vera, ut & falsa esse possint. E. & hoc principium falsum esse poterit, & sic non certissimum. R. Arist. vocat illud probabile κατὰ τὴν ἔμφαντιν, quia Veterum Philosophorum quidam par-*

im illud non admittebant, V. S. 78. Partim confirmare nitentur, quod argumentis contrā adductis constricti de firmitate ejus dubitare inciperent. V. S. 86. 90. Secus per se Aristoteles hoc principium firmūssimum & notissimum habet 4. Metaph. c. 3. 4. 12. Rerum sensibilium ingens est inconstantia & incertitudo. Sed hoc principium nititur inductione sensibilium, S. 72. 76. E. incertum & inconstans. R. Rerum sensibilium ingens incertitudo sc. in qualitatibus & accidentibus, & ortus ac interitus ratione, non tamen in essendo & non essendo simul, sic enim constantissimē vel sunt & existunt tantū, vel non sunt & non existunt, nunquam sunt & non sunt simul. Et in hac inductionem habet principium nostrum non fundamenti & demonstrationis, hoc enim ex lumine Naturalis intellectus habet, quamprimum veritatem ejus agnoscentis, ubi terminos percēperit, Sed declarationis, Vt c. l. ostensum.

92. 13. Si Contraria simul in eodem subjecto esse possunt, & Contradictoria simul vera esse poterunt, & consequenter hoc principium vacillans erit. Contrarium enim semper negationem alterius Contrarij includit, qua Contradictionem ejus efficit. Vt nigrum est non album, amarum non dulce. Sed contraria simul sunt in eodem subjecto, Nam ex eadem re sunt Contraria, ut ex albo nigrum, rudi doctum, vitioso virtuosum, vili eximium &c: Necessse ergo est simul eidem inesse, sum ex non ente ens nequeat fieri. E. & Contradictoria simul vera erunt. R. 1. Contraria simul per Naturam in eodem non sunt, sed successive. Quidquid de potestate absoluta sit, per quam etiam non omnia Contraria simul in subjecto esse possunt. V. S. 63. Nec ex materiā Contrariē se habente aliquid fiet, nisi variis alterationibus subjecta aliter arg. aliter se habere inceperit, & sic

perfecte
mocu &
nentia
non duo
In gradi
calorem
disposi
ere solen
sensibilib
dam docer
virtuosiss
cies inten
laca falte
levissima
jectū pen
tis, quā
mūl in se
ratibus
intellige
vera acc
minantur
93.
excellente
Contrad
possi
Contra
tum, ut
Cum Con
jum. Co
non in
Contra

perfectè nec unum Contrarium habebit, nec alterum. Sic in motu & fieri ex uno in aliud consistet, quod in statu desinentiæ unius Contrarij, & inchoationis alterius esse erit, non duo Contraria simul & gradibus summis in se habebit. In gradibus remissis simul esse posse exemplis reperis inter calorem & frigus, flavedinis inter albedinem & nigredinem, dispositionis inter habitum & totalem ejus privationem, docere solent Philosophi. De speciebus intelligibilibus & sensibilibus etiam in gradibus excellentibus uni inesse quidam docent, ut speciem albißimi & nigerrimi simul in oculo, virtuosissimi & vitiosissimi simul in intellectu. Sed ista species intentionales rigidè loquendo non res, sed rerum simulacra saltem & species sunt, quæ & ferè nullam aut saltem levissimam cum subjectis suis connexionem habent, nec à subjectis pendent, sed ab agente, nec iam recipiuntur in subjectis, quàm ad ea terminantur. Contraria autem, quæ simul in subjectis esse negantur, & de strictis rebus ac qualitatibus realibus, intensionalibus contradistinctis, sunt intelligenda, & quæ in subjectis rigidè recipiuntur, tanquam vera accidentia materialia, non autem tantum ad ea terminantur.

93. 2. Posito verò, Contraria simul in uno subjecto excellenter esse posse, non est par consequentia ab illis ad Contradictoria, ut si illa simul vera sint in uno, & hac esse possint, adeoque principium Contradictionis vacillare oporteat. Contradictoria enim longè fortius pugnant & in infinitum, ut nunquam nullaq; potestate uni subjecto inferri queant, cum Contraria potentia absolutè inferri possint, ut color, visum. Contrarium alterius negationem quidem includit, sed non in infinitum negando, & nunquam sistendo, quod Contradictio facit: Sed determinando certi quid, quod oppositè

positè se habeat, adeoq; ad modum termini infiniti negat Contrarietas, non Contradictoriè. V. c. 50. 51. Et s. 2. §. 7. 8. patebit.

14. In materiâ contingenti utraq; Contradictionis pars falsa esse potest, ut cras pluet, cras non pluet. E. Contradictio non præcisè sejungit verum à falso, Et poterit aliquid nec esse, nec non esse. Et sic cadit principium Contradictionis.

R. Si identitas sensus in utraq; seruetur, semper una erit vera, altera falsa. Sic in istis, Cras pluet, id pluere de existentia accipiendum. Si hoc existeris cras, ut de facto pluat, Impossibile est ejus Contradictorium verum futurum, ut non existat, & non de facto pluat. Et, si hoc verum sit, ut non existat, Impossibile est alterum verum esse. Pluribus hoc ex s. 1. §. 66. de Opposit. Enuntiat: patebit, 15. In enuntiationis seipsa ut vocant, falsificantibus, duo Contradictoria & vera & falsa sunt. Vt, David dicit, omnem hominem esse mendacem, & ipse est homo, & sic & ipse est mendax: Et tamen simul verum dicit, quia Propheeta & Sp. S. actus; Et sic & verum dicit & non dicit simul. Sic Epimenides Cretenses mendaces dicit, & ipse est Cretensis, & sic mentitur, & tamen simul verum dicit, ut Paulus testatur. Tit. 1. v. 12. Sic verum dicit & simul non dicit, Et aliquid simul est & non est, & excidit Principium Contradictionis. R. Varia hic responsa esse solent, ut fufius s. 1. de Opp. Enunt: t. 69. seq. tangemus. Hic breviter sufficiat, sensum talium enuntiatorum rectè evolvendum, & sic non verum & & falsum simul dicent. Om. homo est mendax, h. e. ad mentiendum pronus, non semper actu mentitur. Hic David verum dicit; non mentitur, nisi ut homo, mendax, h. e. ad falsum proclivis sit, non tamen semper falsum dicit. Ita non simul verum & falsum est, quod dicitur, sed verum tantum, si legitimo sensu assumatur.



tamen semper
tise verum d
mendacem
dax esse, ut
Sic Diabolus

94. 1
esse particip
ter esse & n
possibile est
nec ens, h
vel nihil,
essentia, q
ipsum existe
sed id, quo
Nec tamen
vales, aliq
E. Principi
accommod
Non pote
dum gene
vis esse ve
sive concre

DE RESPECTIVIS AFFECTIONI-
BUS ET SPECIEBUS CON-
TRADICTIONIS.



THESIS XCIII.

Sic Epimenides Cretenses dicit men-
daces, h. e. ad mentiendum pronos. Ipse est
Cretensis, & sic mendax, i. e. eò pronus, non
tamen semper factio mentitur, & sic dum hoc dicit, non pra-
cisè verum dicit & falsum simul, sed verum tantum. Aliud,
mendacem, aliud, mentientem esse. Potest quis men-
dax esse, ut quandoq; non mentiat, sed verum dicat.
Sic Diabolus. Plura c. l. patebunt.

94. 16. Si ens sumatur in concreto pro eo, quod
esse participat, & existentiam habet, medium aliquod in-
ter esse & non esse admittit, & hic non valebit dicere, Im-
possibile est aliquid esse & non esse, Cum detur aliquid, quod
nec ens, h. e. existens vel essentiam habens sit, nec non ens
vel nihil, ens nempe abstractè sumptum, vel ipsum esse &
essentia, quæ quia principium entis vel existentis est, non est
ipsum existens, nec seipsum participat, nec est id, quod est,
sed id, quo aliquid est, ratio nempe & principium essendi:
Nec tamen prorsus nihil, cum principium entis sit. Hic non
valet, aliquid est vel non est, cum esse nec sit, nec non sit.
E. Principium Contradictionis non est generale, & ad omnia
accommodari potest. **R.** In principio Contradictionis,
Non potest aliquid esse & simul non esse, id esse capien-
dum generalissimè & in universâ suâ latitudine, ut quod-
vis esse vel essendi rationem comprehendat, sive abstracta sit
sive concreta, sive formalis sive materialis, sive realis, sive
intel.

Respond.
Georgio
Carznike,
Friedland,
Polono.

intellectualis sit, Et sic ipsum esse vel ens abstractè sumptum sub ente comprehenditur, & sub altero principij membro, quod esse explicat, continetur. Sic falsum omnino est, essentiam medium quid inter esse & non esse poni, Cum sub esse concludatur. Falsum etiam, principium illud hic locum non habere. Quòd si ens in concreto pro existente sumatur, non adquatè illi alterum, non ens, ut oppositum opponitur, ut nihil sit, potest enim hac ratione aliquid non ens, i. e. non existens esse, ut tamen non sit nihil. Sic in potentiâ causarum latens est non ens, i. e. non existens, non tamen prorsus nihil, i. e. omni esse carens, cum debile & potentiale habeat. Nihil enim opponitur enti totaliter, ut non existens solùm neget, sed quidquid essendi rationem habet, vel ipsa ratio est, quale quid ens abstractè sumptum est. Hoc modo verum erit: Esse est ens, latissimè sumendo & participialiter & nominaliter, & substantivè pro essentiâ, & adjectivè, pro existente: Falsum, Esse non est ens, quia omnino est ens.

95. Quòd si quis ita formet: Esse est ens, & esse est non ens, & utrumq; falsum dicat, respondebitur, talia enuntiata non esse verè Contradictoria, sed utrumq; Affirmativum esse, etsi predicatum alterum contradicens esse videatur, reverà tamen terminum infinitum esse, qui quid à verè Contradictente distent, parim supra §. 50. est dictum, parim s. 2. §. 7. 8. 9. discussum est. Duo autem enuntiata, quæ verè Contradictoria non sunt, simul esse falsa nihil miri est, & principio nostro Contradictionis non contravenis. Dices: Si esse abstractè sumptum non est ens, E. est non ens, A negativo enim ad terminum infinitum bona est consequentia. Sed quod est non ens, nihil est. E. & esse abstractum nihil dici poteris. R. Si esse abstractum non est ens, scilicet ullo modo

do, ut ne
non ens
ens, i. e. a
dum deno
suis ei non
petas. Sic
tia & super
potius effe
ti temporis
re in priori
sic Contrad
in priori Na
simul cum se
temporū mo
distoria de
Contradicti
prius à que
poris. V
fere dicit
à quo. In
non existis
per existit,
Quod autem
existencia c
existere dic
illo instant
existere,
Contradict
xistere dic
spectu, ita
rationis disti

do, ut nec participialiter nec nominaliter ens sit, cum est non ens & consequenter nihil. Sed nominaliter est ens, i. e. abstracta forma & ratio essendi, ipsa essentia. Incerdum denominationem aliquam rei negamus, non quod proprius ei non competat, sed quod nobilior ac superius quid ei competat. Sic DEUS negatur ens & substantia, quod potius essentia & super-substantia sit. Sic esse abstractum ens negatur, quod potius essentia & formalitas essendi sit. 17. In eodem instanti temporis potest res aliqua propter diversa instantia Naturæ in priori Naturæ non existere, in posteriori existere. Et sic Contradictoria simul de eadem re enuntiantur. Si lux solis in priori Naturæ, quo sol ipsa prior tanquam causa est, non existit simul cum sole, in posteriori, ut emanat à sole, existit. Sic eodem temporis momento & existit cum sole, & non existit. Et Contradictoria de uno verificantur simul. E. excidit principium Contradictionis. R. Neg. Consequentia. Prius Naturæ est prius à quo & originis, non in quo & durationis vel temporis. Vnde non rectè in priori Natura existere & non existere dicitur, quia prius Natura non est, in quo quid est, sed à quo. In quo & in uno temporis instanti non res existit & non existit Natura ratione, sed in omni instanti toto semper existit, quia indivisibile instans est, & partibus caret. Quod autem per totum instans temporis existit, ut toto ejus existentia claudatur in illo instanti, in nullo ejus instanti non existere dici potest. Prius autem & posterius Natura in toto illo instanti existit. In nullo ergo tempore prius Naturæ existere, posterius non existere dici potest, & sic vera Contradictio hic non est. Cum interdum posterius non existere dicitur, prius existere, nostræ considerationis respectu, ita dicitur, qui duo instantia non rei, sed considerationis distinguere solemus, & in primo instanti considerare

id, à quo aliud est, ut prius, in secundo id, quod ab alio est, ut posterius. Reverà à parte rei & prius & posterius simul in eodem tempore existit. Vnde nulla Contradictoriorum de eodem hic assertio, & consequenter principium Contradictionis haudquaquam vacillat. Coetera, quæ ex Theologicis contra illud moveri solent, ex §. 9. seq. explicationem habere poterunt.

96. Resoluta sunt, quæ fundamento Contradictionis obverti possunt. Inde veritas ejus, certitudo, & firmitas, inconcussa relinquuntur. Atq; ita Contradictio absolutè spectata sit ratione Definitionis, affectionum, & fundamenti. Jam & respectivè partim necessitatis, utilitatis, & dignitatis suæ in disciplina rationis, Logicâ, respectu, partim cognationis cum convenientibus suis, partim diversitatis cum discrepantibus consideranda veniet. Necessitas ejus in Logicis tanta, ut pro eruenda aptissimè veritate Contradictione carere simpliciter non possit. Cum hac unicuique ducendi ad maximum incommodum protervum Adversarium sit medium, ad Contradictoria simul statuenda ipsum deducere. Hoc ne committat, aliquam propositionem concedere cogetur, quam protervè inficiatus erat. Exempla hujus s. 2. de Oppos. Enunci. patebunt. Utilitas ejus per universas operationes Logicas funditur, ut §. 56. ostensum. Et quia circa legitime contradiendum aberrare non paucos videmus, Vt s. 1. c. 1. constabit, eò magis utilitas Contradictoria doctrina nobis commendata esse debet, ne in simile precipitium delabamur. Dignitas ejus est partim super quedam alia instrumenta Logica, partim super cæteras Oppositorum in Logicis species. Quædam instrumenta Logica, ut terminos & enuntiationes superat aptitudine, firmitate, & generalitate eruendi verum. Aptitudine, quia aptis-

simum

firmum ve
verum affi
dissentium
ullâ parte
endum ve
perationem
hendatur.
conceptum
aliis postea
tui possit.
membrorum
tente sensu
sum, alteru
aut quod ut
sensu Contr
scientia, fa
nullibi repr
mentum ej
dictio possit

97.

primitate,
di firmitate
prima, fun
cætera pug
ces: Opp
cies, qua
ores Philo
gor, Philo
in 10. Met
d. Cat. d.
esse dignior
R. I. Quidam

finum veritatis eruendæ medium est, quo proximè unum ut verum assumi potest, alterum, ut falsum, reprobari. Contradictentium n. alterum est verum, alterum falsum, si materia ullâ parte cognita sit, t. 53. Cum termini non tam ad erudendum verum in materiâ abstrusâ faciant, quàm primam operationem Logicam dirigendam, ut verè objectum apprehendatur. Enuntiatio ut sic, non tam verum eruit, quàm conceptum cum conceptu combinat, aut ab eo sejungit, ut aliis postea accedentibus instrumentis veritas eò commodius erui possit. Firmitate, quia immotè verum erui facit, cum membrorum contradictentium legitime formarum & competente sensu sumptorum, alterum perpetuò teneatur esse falsum, alterum verum, nullum hic sit tertium aut medium, aut quod utrumq; verum, aut utrumq; falsum faciat, si legitimo sensu Contradicatur. Generalitate, quia in omni disciplina, scientia, facultate, instrumentum Contradictionis assumitur, nullibi reprobatur, V. §. 57. Et generalissimis terminis fundamentum ejus constat, ut ob id à nemine sano negari Contradictio possit aut debeat.

97. Ceteras oppositionum in Logicis species superat primitate, veritatis immediatâ assecutione, & opponendi firmitate. Primitate, quia opppotionum omnium prima, summa, & simplicissima est Contradictio, à quâ cetera pugnam habent, ut §. 39. 40. seqq. diductum. Dices: Oppositio est genus univocum ad omnes ejus species, quæ aequaliter genus, oppositionem, participant, ut potiores Philosophorum docent, ut Boëthius in c. 10. d. Categor. Philoponus, Simplicius, & Lovanientes in c. I. Niphus in 10. Metaph. q. 6. Javellus in 10. Metaph. q. 11. Raconis d. Cat. d. 3. f. I. q. I. aliiq;. E. nequis una in opponendo esse dignior altera. Equale enim tollit dignitatem alterius. R. I. Quidam analogum ad suas species esse censent, ut Tho-

mas 1. d. 5. q. 1. a. 1. & opus. 37. & tr. d. interpr. c. 8. Alber-
 tus M. Cajeranus, Soncinas, Sotus, Scotus ap. Conimbr.
 c. 10. Categ. q. 1. a. 2. Svaretz d. 45. Metaph. f. 1. n. 11. Scheibl.
 Top. c. 16. n. 40. Conimbricens. c. 1. aliq; Quod oppo-
 sitio sit inter terminos oppositos relatio. Cujusdam autem op-
 positionis alter terminus sit non ens seu negatio entis, ut con-
 tradictoria & privativa, adeoq; hic saltem esse relationem
 rationis: Cujusdam autem sint termini reales oppositi, ut con-
 traria & relativa: Relationem autem realem & rationis
 non participare genus univocum, sed saltem analogum,
 Nam quod rationis est, id dicitur per attributionem ad reale.
 Si sic sit, facile sit, dignitatem Contradictoria oppositionis ex-
 forissimâ & pugnantissimâ repugnantiam asserere, qualis non sit
 in cæteris oppositis, Non obstante eo, quod ejus terminus alter
 sit non ens & negatio. Ex eo ipso enim fortitudo repu-
 gnantiam in illâ oppositione intenditur, quod membra ejus
 amplissimè & in infinitum dissent, ut ens & non ens, ut nun-
 quam coire in unum possint.

89. 2. Sed & altero assumpto, Oppositionem uni-
 vocè ad suas species universas dici, quod non minùs pro-
 babile est, si opposita non materialiter pro rebus ipsis oppositis,
 qua vel analogicè, vel saltem æquivocè interdum convenire
 possunt. ut ens & non ens, sed formaliter sumantur pro ip-
 sâ repugnantiam unius ad unum in tantum, ut cum nullo
 alio magis pugnare possint, quod sanè æqualiter omnibus
 speciebus competit, in quibus ita unum cum uno pugnat, ut
 cum nullo magis pugnet, ut relativa, privativa, contraria
 & Contradictoria: Manebit adhuc dignior ratio Contra-
 dictoria præ ullâ aliâ oppositione, Nam & in Univo-
 ci unam speciem ex accedente aliquo longè digniorem esse
 alterâ nihil inconueniens est, ut homo longè dignior bruto.

leo formidat
 men in an
 veniunt.
 tiam. Se
 eâ accedis
 quod non in
 pugnat, ut
 ut ens cum
 est disparit
 perinet, q
 participare
 turam gene
 relatione re
 naturam Op
 unum & un
 positio univ
 niunt: Sed
 tradictoria
 ter relati
 nere est, l
 qualsacunq
 va, sive r
 cialitaribus
 vult: Sed t
 pe. Sic q
 habet, ut
 ut aliqua
 lora requ
 tali concep
 99. V
 ficiones su

leo formicâ & musca, elephanti araneo aut crabrone, & ta-
 men in anamali ut genere, univocè & ex aquo univocè con-
 veniunt. Sic Contradictio est oppositio, contrarietas e-
 tiam. Sed Contradictio dignior, quia intensivum quid in
 eâ accedit, ut pugnet cum opposito suo in infinitum,
 quòd non in Contrarietate, qua cum opposito suo determinatè
 pugnat, ut positivum cum positivo, tale cum tali ente, non
 ut ens cum non ente in infinitum negando. Hic in speciebus
 est disparitas, in genere univocatio esse potest. Et huc
 pertinet, quod cæteras oppositionum species de Contradictione
 participare §. 40. dictum est, hoc enim ad species, non ad Na-
 turam generis à speciebus participandum pertinet. Et quod de
 relatione reali & rationis §. 97. dictum, Non pertinet ea ad
 naturam Oppositionis in genere, sic enim, ubi repugnantia inter
 unum & unum formaliter, ut cum nullo alio magis tali sit, ibi Op-
 positio univocè est, Et in hoc omnes species aqualiter conve-
 niunt: Sed ad oppositionem, ut talis & talis fit, ut Con-
 tradictoria & contraria fit. Quòd Contradictio est in-
 ter relatum reale & rationis, non habet, ut Oppositio in ge-
 nere est, sic enim formalis unius ad unam repugnantia est,
 qualiacunq; membra opposita sint, sive positiva, sive privati-
 va, sive realia, sive rationis, Oppositio ut sic; ab his spe-
 cialitatibus abstrahit, & non generi, sed speciebus illas
 vult: Sed ut oppositio in specie est, Contradictoria nempe.
 Sic quòd Contrarietas inter membra positiva est, non
 habet, ut oppositio in genere, qua ad id indifferens est, sed
 ut aliqua in specie est, contraria nempe, ubi jam specia-
 liora requisita accedunt, qua non erant in genere aut gene-
 rali conceptu, sed in hoc præscindebatur ab illis.

99. Veritatis immediatâ assecutione cæteras oppo-
 sitiones superat Contradictio, quia alterum membrum

præ-

præcisè verum facit, si legitima fuerit, & res cognosci à nobis queat, sive in terminis formetur, sive Enuntiatis: Cum contraria enuntiata ab utraq; parte falsa esse possint, ut *omnis homo est dives, nullus homo est dives*, subcontraria ab utraq; parte vera, ut, *quidam homo est dives, quidam non est dives*. Relativè, privativè, & contrariè opposita neutrum membrum interdum rei attribui patiantur, & sic nullo extremo posito verum educant, ut *Chimara est Pater, filius, alba, nigra, videns, caca*, neutrum horum omnium est: Sed Contradictoria alterum membrum ei inferet: ens aut non ens, non Ens nempe, & sic verum immediatè eruit. Opponendi firmitate, firmissimè enim & membris amplissimè distinctis opponit, ut nullum inter ea assignari queat medium, ut c. 42. seq. visum.

100. Restat spectanda Contradictio ratione cognationis & diversitatis. Cognata est cum oppositione privativâ, contrariâ, & Relativâ. Privativâ, quòd ut in hac alter terminus non ens & negatio est, sic & in Contradictoria. Ut privativa medium sui generis non agnoscit, sic nec Contradictoria. V. S. 42. 43. Ut privativè oppositi termini dependentiam ad invicem non habent, quâ unus essentialiter alterum ut terminum sibi extrâ correspondentem respiciat, quomodo relativi termini ita se respiciunt: Sic visus non respicit cecitatem, ut terminum simul coexistentem, ut Pater respicit filium: Sic nec Contradictoriè oppositi. Sic ens non respicit non ens, sed totaliter removet, Homo non respicit non hominem, leo non non leonem, & sic consequenter: Ut in privativis alter terminus est positivus, alter non positivus: Sic & in Contradictoriis. Ut extrema privativorum nunquam simul sunt, nec idem: Ita nec Contradictoriorum. Contrariâ, quòd ut hæc membra formaliter pugnantia & simul

non

non consistit
perfectior
Elio revera
rietate pug
subiecto sim
est irreconc
ne per poten
posita contr
radictoria.
non habet,
non habet.

101.

à ceteris Op
pugnâ diffi
vativum ba
rum in gener
reductivè,
forma certa
habeat.
Eli nullum h
nec indirect
sui, Negatio
A contrariè
Contradictio
interdum ge
est. In Con
album & n
re: In Con
ens, non hor
finitum, no
genera sunt.

non consistentia habet, sic & Contradictio. Ut hæc major & perfectior cæteris oppositionibus esse videtur: Sic Contradictio reverâ perfectissima inter omnes est. Ut in Contrarietate pugna naturaliter conciliari non potest, ut in uno subjecto simul consistent: Sic in Contradictione pugna absolute est irreconciliabilis, ut Contradictoria in æternum consistere ne per potentiam quidem absolutam possint. V. §. 58. Ut opposita contraria nunquam sunt idem, nec simul: Sic nec Contradictoria. Relativâ, Quod ut hæc medium sui generis non habet, nisi subjecti admittat: Ita & Contradictoria prius non habet.

101. Diversa est Contradictio partim sine pugna, ut à cæteris Oppositionum speciebus, partim cum pugna. Sine pugna differt à privativâ, quod hæc alterum terminum privativum habeat, medium subjecti admittat, utrumq; extremorum in genere habeat, nisi alterum directè, alterum indirectè & reductivè, negationem non absolute dicat, sed determinatè, forma certa & subjecti ratione: Contradictio omnia diversa habeat. Alter terminus est negativus absolute, medium subjecti nullum habet, alterum extremorum nec directè in genere nec indirectè habet, tanquam non ens & nihil termini oppositi, Negationem absolute dicit & forma & subjecti ratione. A contrariâ, quod in hac uterq; terminus est positivus, in Contradictoriâ alter est negativus. In contrariâ medium datur interdum generis, interdum subjecti, in Contradictoriâ neutrum est. In Contrariâ utrumq; extremorum est intra genus idem, ut album & nigrum sub colore, dulcedo & amaritudo sub sapore: In Contradictoriâ alterum sub nullo genere est, ut non ens, non homo: Interdum & neutrum eorum, ut ens, non ens, finitum, non finitum, qua transcendentia adeoq; super omnia genera sunt. Inter contraria nonnulla eidem subjecto susce-

possibili vicissim inesse possunt, ut calor & frigus aqua, albedo & nigredo parieti, siccitas & humiditas aëri: Sed Contradictoria nunquam eidem subjecto inesse possunt. In Contrariis quadam etiam simul uni subjecto per potestatem divinam inferri possunt, ut §. 61. visum. Contradictoria nullâ potestate, ne divinâ quidem, in unum subjectum coire possunt, ut §. 58. notatum. A relativâ Oppositione differt Contradictio, quod in illâ utrumq; membrum est positivum, in hac alterum negativum. In illâ medium subjecti locum habere potest, in hac non. In relationibus rationis extrema opposita possunt realiter idem esse, ut in relatione identitatis: In Contradictione nunquam. In relativis unum oppositum ponit & requirit alterum, quod respicit, sine quo esse non potest, ut Pater filium, herus servum. In Contradictoriis unum non ponit, sed maximè tollit & removel alterum.

102. Cum pugna diversa est Contradictio, h. e. Opposita est partim æquivocationi, qua ut omnium operationum Logicarum hostis & adversaria est, ita & Contradictionis. Undè Scholastici ajunt: Super æquivocis non stat Contradictio: Partim consensioni & identitati, quibus maximè & principaliter repugnat, & distinctioni, cui aliquâ parte repugnat. Consensio seu identitas est convenientia quorundam in aliquo. Dicitur convenientia indifferenter, sive essentialis sit, quâ in essentiâ quadam conveniunt, ut duo homines in essentiâ humanâ specifica; sive accidentalis, qua & aequalitatem ac similitudinem comprehendit, ut cum duo in statura, eruditione & vestibus &c. conveniunt: sive intrinseca, qua essentialis vel suppositatis est, sive extrinseca sit, qua vel causalis, vel effectiva, vel subjectiva, vel accidentalis dici solet, prout in Metaphysicis uberius deducitur. Huic maximè opposita est Contradictio, Oppositionum prima, & diver-

diversitates
cens. Est eni
gna.

103. E
est alius,
res ipsa obje
vel formalit
tio ab alterâ
ubi distincti
distinctio ad
rebus esse pot
Contradict
quippè quæ i
ne saltem n
possunt: Se
liter consen
Corvus &
lissimè

diversitatem membrorum cum pugna in infinitum inducens. Est enim diversitas cum maximâ extremorum pugna.

103. *Distinctio est diversitas, quâ unus conceptus non est alius. Hic vel objectivus est, cum conceptus objectivi seu res ipsa objectivè concepta sunt diversa, ubi distinctio realis: vel formalis, cum conceptus formales seu ipsa rei consideratio ab alterâ consideratione est diversa, etsi res in se sit eadem, ubi distinctio rationis est. Huic repugnat Contradictio, quâ distinctio ad realem vel rationalem indifferens est, adeoq; in illis rebus esse potest, qua realiter ac essentialiter unum & idem sunt: Contradictio autem non nisi realiter diversorum esse potest, quippè quæ in infinitum repugnare dicuntur. Qualia non in ratione saltem nostrâ diversificantur, interim in reipsâ eadem esse possunt: sed maximè realiter divertunt, ut in æternum realiter consentire aut eadem fieri nequeant, Vt ens & non ens, Corvus & non Corvus, Dives & non dives, &c. qua realissimè & in perpetuum repugnant. Hæc de Naturâ Contradictionis in genere disciprata sunt.*

DE
NATURA CONTRADICTIONIS
SECTIO POSTERIOR.

De Speciebus Contradictionis, & Contradi-
ctione Terminorum.

Naviâ Domini non progredi, esse retro-
gredi, dicere solent Theologi, nec immeritò.
Pergendum enim in bono est, si ad ultimum
bonus perseverare constitutum sit. In literariis
meditationibus similiter progrediendum, & pertexendam
quam orsi sumus, telam esse, constituendum est. Ne navigare
desistamus, priusquam portam contigerimus. Vanorum ista
molitio est, cœpisse, & desinere. Nihil placet, quod in-
choatum est. Consummatio operis vincenti coronam imponit.
Pergamus itaq; & in Nostrâ de Contradictione doctrinâ, &
qua specialia subjungenda restant, subtexamus. Prima tracta-
tus sectio generaliore habuit materiam. Dicitur, quid
Contradictio sit, qua requisita, affectiones, habeat, quo fun-
damento consistat. Nunc ad specialiora veniendum, &
quas species modosq; habeat, alterius, **BONO CVM DEO**, inve-
stigandum.

2. Contradictionis Naturam at universali aliquâ par-
titione complectamur, vel terminorum eam esse dicemus,
vel totorum Enuntiatorum. Terminorum, quæ in
terminis simplicibus Objectivè apprehensis consistit.
Vi in primâ operatione Logicâ, in quâ nudè tantùm obje-
ctum aliquod propositum apprehenditur, nihil determinatè per
copulam attributivam vel remotivam de eo affirmatur aut
negatur. Vi homo, leo, terebinthus, animal album &c. In termi-
nis simplicibus esse dicitur, ut distinguatur à propositionum
Con-

Contradictio
aliquid aff
excludatur
etio locum
si: simpl
complexu
mar aut ne
nuntiatio e
prehendat, h
Contradictio
nimal album
mo doctus, n
hensis esse
non fundam
esse potest, u
tione aliqu
tur, Eius er
terminorum
gicâ sumpt
prehensio es
dictio term
tur, object
apprehensio
minorum
3. Cir
mine conti
appellatio
nem termin
leant, Velut
Dial. c. 16. &
scatores, Da

Contradictione, cum in enuntiatis determinatè per copulam aliquid affirmatur, idemq; simul negatur. Non autem ut excludatur Terminus complexus, quasi in hoc Contradictio locum non habeat. Hic enim etsi objectivè complexus sit: simplex tamen adhuc manet, quia objectum saltem complexum proponit, non per modum enuntiati affirmat aut negat. Unde simplex est, quia non integra enuntiatio est: Etsi duo simul complexivè in uno objecto comprehendat. *Ut homo albus, scribens, animal bestiale.* In hoc Contradictio etiam locum habet, ut formari possit. *Ut, animal album, animal non album, scribens, non scribens, homo doctus, non homo doctus.* In terminis objectivè apprehensis esse dicitur, Quia Contradictio ut hic spectatur, non fundamentalis & virtualis saltem est, quæ in ipsis rebus esse potest, ut l. 1. §. 3. monitum: sed & formalis, quæ operatione aliquâ rationali & Logicâ nititur, ab eaq; formatur. Ejus ergò aliquam speciem esse oportet, si Contradictio terminorum expediiri debeat. Hanc ex primâ operatione Logicâ sumptam, eiq; conformem esse oportet, quæ objectiva apprehensio est, *Ut in Log. de 1. dictum est.* *Ut ergò Contradictio terminorum primæ operationis Logicæ esse determinetur, objectivè apprehensorum eorum esse dicitur. Circa apprehensionem objecti cujusdam Contradictio formalis terminorum non expediatur.*

3. Circa Contradictionem Terminorum quædam in nomine considerata veniunt, quædam in re. In nomine appellatio spectanda. Ratneis in usu est, ut Contradictionem terminorum Topicam vocare, itemq; argumentorum, soleant, *Velut propositionum axiomaticam dicunt, ut ex Ramo l. in Dial. c. 16. & Commentatoribus ejus in hunc locum, ut Piscatore, Dunamo, & hoc l. etiam 2. c. 2. Makilmenæo, Per-*

Martinio, Beurhusio, Casmanno, Snellio, Tempello, Scribonio, Talæo, aliisque; *pater.* Quos ex Mistu sequuntur Scheiblerus in indic. Topic. Voce Contradictio, Urfinus l. 1. in Log. Rami n. 2. Alstedius l. 24. Encyclop. p. 1. c. 17. Goclenius Lex. Phil. p. 472. aliisque; Aristotelici *utrumque malè fieri censent, & rectè. Quod sequentibus planum evadet.* 1. Quod in inventione Topicâ usum nullum habet, malè dicitur Topicum. Topicam enim Ramei *pro locis inventionis habent, unde argumenta sese mutuò arguentia desumi debent.* Argumenta enim ipsis *se mutuò arguunt, ut causa causatum, causatum causam, subjectum adjunctum, & vicissim, totum partes & vicissim, relatam correlatam & vicissim.* Sed Contradictio Terminorum nullum usum habet in inventione Topicâ, cum Contradictorium nihil arguere possit, sed terminum sibi oppositum socialiter tollat & destruat, ut nihil & non ens. Sic non homo Contradictoriè & negativè sumptum quid explicat aut arguit in homine? Nihil, sed hominem tantum absolute & ἀπλως tollit ac destruit. Dices; Extra dispositionem quidem Contradictio non arguit, cum nec causarum aut effectorum aliquis arguendi usus sit, nisi disponantur. In dispositione tamen arguere, & exempla & rationes palam faciunt, de quibus S. 6. 7. videbitur. R. 1. Falsum est, ceteros terminos non extra dispositionem se arguere. Patrem considerare possum cum filio extra dispositionem axiomaticam, & relationem inter ipsos intercedentem ponderare, etsi integras enuntiationes de illis non formem. Et hæc consideratio intimam Naturam relati & correlati manifestat, & ad definitiones ac quidditates eorum explicandas ingens adjumentum suppeditat. Sic Contraria juxta se posita clarissime elucescunt, Totius consideratio partis Naturam, Antecedentis

Conse-

Consequent
 nisi nihil di
 rum in pro
 hil horum
 ne, non le
 citur.

4. 2.

se arguere
 Contradictio
 doceri posse
 nuntiarum po
 Ramistarum
 id probare,
 contraria
 negat. Si
 sed utrumque
 quorum qu
 tas non est
 pica esse a
 esse affirm
 quia Contr
 Contradice
 negare deb
 suam in di
 enim in n
 dicentia n
 nim mem
 alterum in
 centia in
 ea usum
 affirmare

Consequentis, subjectum adjuncti sui indolem mirificè illustrat, etsi nihil dispositionis axiomatice adhuc in illis formes, sed tantum in propriis terminorum Naturis ventilandis persistas. Nihil horum faciet Contradictio, ut non homo nihil de homine, non leo nihil de leone explicabit, & sic malè Topica dicitur.

4. 2. Falsum etiam, Contradictoria in dispositione se arguere. Nam in dispositione axiomatice non manent Contradictoria, ut ex propriis hypothesebus Ramistarum doceri potest. Quamquam absolute Contradictoria axiomatice enuntiari posse non negem, V. S. 9. Ex hypothesebus tamen Ramistarum id fieri posse, & exempla eorum, quæ adferunt, id probare, nego. 1. Contradictoria secundum ipsos sunt contraria negantia, quorum unum affirmat, alterum negat. Sed Contradictoria in dispositione talia non manent, sed utrumq; affirmari potest, ut ipsi docent. Ut, Paria sunt, quorum quantitas est una. Non paria sunt, quorum quantitas non est una, hic unum & non unum Contradictoria Topica esse ajunt, sed non axiomatice, propositiones enim istas esse affirmantes ambas, quia copula earum affirmetur. Et sic quia Contradictoria Topica in dispositione utrumq; affirmant, Contradictoria non possunt esse in illa, alterum enim horum negare debet. 2. Argumenta Topica secundum Naturam suam in dispositione axiomatice se arguere debent, Ideo enim in inventione Topica de illis docetur. Sed Contradictoria non secundum suam Naturam arguunt, utrumq; enim membrum potest affirmatum esse, cum Contradictoriorum alterum in infinitum negare debeat. E. nec verè Contradictoria in dispositione sunt, & sic tanquam Contradictoria in ea usum non habent. 3. Contradictoria Topica debent affirmare & negare idem de eodem, In dispositione autem

utrumq;

utrumq; affirmari posse ajunt. E. hic non vera Contradictio, & consequenter nec ut Contradictionis usus in dispositione. 4. Omnis Contradictionis pars altera vera, altera falsa esse debet. Vt in l. I. visum. Hoc in axiomaticâ procedit ob Topicam & terminorum, quam ut fundamentum suum in se habet, secundum Ramistas. Sed cujusdam Topicæ Contrad. utraq; pars vera esse potest, ut Ramei dicunt, ut Dunamus c. I. E. non est vera Contradictio, & consequenter, nec tanquam Contradictionis usus ejus in dispositione est.

5. Hactenus ex Ramistarum hypothefibus id probatum. Jam ex rei ipsius Naturâ probetur. 1. Quod termini infiniti est, malè assignatur Contradictorio. Diversus enim ille ab hoc, ut l. I. r. 50. & hac sect. §. 7. 8. patebit. Sed arguere sese in dispositione infiniti est proprium, qui ita negat, ut consequenter aliquid ponat, à quo suum, quod proponit, distinguit, ut postea patebit. E. malè hoc Contradictorio Topico assignatur, & consequenter nec in dispositione hic, ut ralis, arguendi vim habet. 2. Qui termini infiniti usus est, malè Topicus vocatur. Non enim in inventione suâ Topicâ terminum infinitum proponunt Ramistæ, & sic quod planè in Topicis non habent, nec Topicum jure appellare possunt. Non entis enim nec qualitas est, nec denominatio. Sed usus arguendi in Contradictorio, quem illi assignant Ramistæ, est infiniti termini, non autem Contradictorij, ut §. 7. 8. patebit. E. malè Contradictio Topica vocatur. 3. Quod Topico considerandi modo non responderet, Topicum appellari non potest. Inde enim Topicum quid dicitur, quòd Topica considerationi, inventioni, applicationi, & utilitati subjaceat. Sed Contradictio terminorum Topico considerandi modo non responderet. Is enim hic, ut materia probabilis argu-

mentia -

mentationis sufficiatur, non autem qualiscumque thematica explanationis, quam in terminorum simplicium & prima operationis tractatione attendere solemus, non Topicis, quæ pro argumentatione sunt, non thematicâ simplicis objecti tractatione. In Topicis modum probabiliter à Contradictoriis arguendi requirimus, non thematis per Contradictoria arguitionem aut explanationem, quæ nulla aut nullius usus. *Ut alibi latius à me probatum, d. 14. Gymn. Log. t. 17. 18. seq. E. nec Topica appellari potest.* 4. Quod nec exemplum Topicæ tractationis, nec solidam rationem habet, malè Topici denominationem sortitur. *Contradictio Topica, ut Ramerî vocant, nec exemplum, nec solidam Topica tractationis rationem habet, ut ex solutione oppositorum argumentorum §. 6. 7. patebit. E. malè Topica nominatur.*

6. Refellenda jam Ramistarum argumenta sunt, quæ pro sua sententia & denominationis confirmatione movere solent. Dices 1. Dantur manifesta apud Authores exempla Contradictionis Topicæ seu inventionis, quæ ad locum alium inventionis Topicæ, quam Contradicentia, referri non possunt, & axiomata prorsus non sunt. *Ut, non metuenti metuo, metuenti non metuo. Vocabo populum non meum meum, & non dilectam dilectam, Rom. 9. v. 25. De quo videt, non dicitur, de quo non videt, dicitur. Sic Jerem. 5. v. 7. Iuraverunt Iudæi in non DEO, exacerbaverunt Iehovam in non DEO. Et in divisionibus classicus est Topicæ Contradictionis usus. Ut Logica versatur circa ens & non ens. Lex est scripta vel non scripta. Animal vel est homo vel non homo. Ens vel dependens vel non dependens, finitum vel non finitum, & consequenter.* Sed id debet esse in arte, quod est in usu. *E. & Contradictio Topica in Logicis est proponenda. R. 1. Abluditur à Scopo primariæ quæstionis.*

Non queritur, an exempla Contradictionis terminorum dari aut inveniri possint, Quod non negandum est, Vt c. 25. seq. patet, ut & l. 1. §. 15. 16. patuit: Sed an Topica inventionis & utilitatis ea sit, & consequenter jure Topica appellari possit, qua appellatio Rameis solennis est. Non iam de re, quàm rei denominatione hic queritur.

7. 2. Negatur antecedens & omnia exempla ejus. Distinguendum inter terminum infinite affirmativum, qui speciem Contradictorij habet, non veritatem, & verè Contradictorium ac absolute negativum, qui in infinitum negationem extendit, ut nunquam sibi aut determinari ad certum aliquod inde inferendum possit. Hoc enim verè Contradictorius facere debes. V. l. 1. §. 50. Et quanquam etiam Peripateticorum quidam hac confundant, ut Smiglecius dist. 12. Log. q. 5. Scheiblerus Top. c. 19. n. 6. accuratius tamen distinguuntur. 1. Infinite affirmativus negat quidem, sed determinatè suum Objectum, cui apponitur, ut interim aliud & in universum omne non excludat, sed subinferri patitur, & tantùm distinguit ab eo, quod infinite ponit. Contradictorius autem negat simpliciter, ut nihil determinati velut aliud subinferri possit, ut c. l. deductum. Sic homo, non homo, id non homo simpliciter sine alterius positione tollit priorem, homo, ut si Petrum aut Iacobum monstrans, homo non homo, dicas, Contradictio est, quia negatio prorsus ejusdem sine alterius respectu, quod positum sit, est. Sed si Petrum & Bucephalum monstrans homo & non homo dicas, de diversis individuis intelligendo, vera amplius Contradictio non est, sed terminus non homo velut una dictio est, & sic terminus infinitus & indeterminatus, sic hominem de Bucephalo negans, ut aliud quid & diversum ab homine subinferri de eo patitur, ut pluribus c. l. patet. 2. Contradictorij alter

ter-

terminus
civus sui
nec generu
finitus ter
quam diver
terminus, v
modo signifi
hatur tanqu
ei potest, si
Opposita dif
poris misti,
esse videatur
ut planè,
altera & op
riè sententi
ret, & in
generis esse
8. 3
in infiniti
homo, &
mera aut
stans, id n
absolute ne
tur. V. l. §.
io, seu tal
dicas, nec
Quomodo
Vbi, lusus
si adnegat
acsi existen
dicitur, se

terminus sub nullo genere est, tanquam absolutè negativus sui oppositi, & nihilo vel non enti respondens, quod nec generum, nec specierum aut differentiarum est capax: Infinitus terminus unà cum finito sub certo genere est, tanquam diversa differentia vel species disparata unius generis, termini, velut rationale & brutale, quod & non rationale, modo significandi infinito, quo sò non cum rationali contrahatur tanquam compositum terminum cum eo constituens, dici potest, sub genere animali. Sic vivens & non vivens Opposita differentia positiva & compositiva unius generis, corporis mixti, sunt, etli alter ejus terminus sono negativus esse videatur. Idem est de sentiente & non sentiente, ut plantâ, qua est corpus vivum non sentiens, positiva species altera & opposita corporis vivi sentientis, non Contradictoriè sentientis negativum, quod absolutè & in infinitum negaret, & in nihilum eandem abiret, sicq; species aliqua diversa generis esse non posset.

8. 3. Contradictorius de ente & non ente dici potest, in infinitum enim negationem suam extendit, ut non homo, & de arbore & chimera, qua nihil dici potest, ut chimera aut est homo aut non homo, aut est distans aut non distans, sò non homo & non distans Contradictoriè sumendo & absolutè negativè, Vt nulla existentia inde chimera importetur. V. l. I. §. 44. Nisi fortè existentiam proportionatam predicato, seu talem, qualem predicati Natura requirat, importari dicas, nempe, vel realem vel rationis & intentionalem, Quomodo quosdam hic determinare video, ut Smiglecius c. l. Vbi, lusus saltem vocabulorum erit, Cum existentia intentionalis sit οὐκ ὄντων, i. e. non vera existentia, sed cogitatio alicujus, acsi existeret: Sed infinitus terminus existentiam rei, de quâ dicitur, semper importat, si verè infinitus sit, & ab eo rei

attributo ad existentiam rei bene concluditur. *Vt, homo est non lapis. E. homo est. Petrus est non loquens. E. Petrus est. Sensu enim his equipollent: Homo est aliud quid à lapide, Petrus aliud quid à loquente, ubi existentia omnino involuitur.*

4. Ab infinito diversum quid in subjecto, de quo enuntiat, inferre licet, *ut homo est non lapis, E. aliud vel diversum quid à lapide.* Sed in Contradictorio inferre id non licet. *Vt, Chimera est non distans. E. aliud vel diversum quid à distante. E. Ens aliquod. Non sequitur.*

5. Ex meris infinitis in Syllogismo legitima & formalis est consequentia, quia non merè negativa. *Vt, qui non est ex DEO, verum DEI non audit. Iudaei non sunt ex DEO. E. verbum DEI non audiunt.* Sed ex meris Contradictoriis nulla est consequentia, *sunt enim mera in infinitum negantia, & scopae nusquam cohaerentes.*

9. Jam exempla Rameorum pro Topicâ Contradictione omnia ex terminis infinitis sunt, ac eorum resolutionem patiuntur. *Sic terminus non metuens est infinitus, & hunc sensum habet: E. qui non metuit, sed alius à metuente est, metuo, & ei, qui metuit, non metuo.* Affirmatur & negatur diversus metuens, non idem, quod in Contradictione fieri debet. Sic non populus per idiotismum Graecum integram propositionem simplicem sensu complectitur. *Qui populus meus non est, & non dilecta idem, ac qua dilecta non erat.* Idem in tertio est, quod integras propositiones in sensu complectitur, non nudos terminos. *Vt: De eo, quod videt, non dicitur, de eo, quod non videt, dicitur.* Sic Jer. 5. manifestè enuntiatum ex praedicto infinito est, *Iuraverunt in non DEO, i. e. eo, quod DEVS non est, sed aliud ab eo, idolum nempe. Exacerbant in non DEO, i. e. alio à DEO, idolo.* Sic in divisionibus alter terminus negativus non Contradictorius, sed

sed infiniti
speciem
vum, rati
malis, corp
vum non fa
absolutissim
ens à Ram
Contradictio
veritas, &
ut falsum
quod aliqu
aliquid est
ref. Per
Arithmeti
ritum & n
quam n. O
no subjecto
rius occu
est opus,
I
nos habet
dictione,
habeat.
mal non n
& non p
& doctus
nec probu
xiomata n
dives. Se
neq; bell
da, Topi
aliqui

sed infinitus est, qui sub certo genere certam & Oppositam speciem facit, ut sentiens, non sentiens, *vivum non vivum, rationale, non rationale, finitum non finitum, sub animalis, corpore vivo, misto, ente, quod Contradictorie negativus non facit, qui sub nullo genere est, cum in infinitum & absolutissimè neget.* V. 9. 7. Logicam versari circa ens & non ens à Ramistis quidem dicitur, sed ineptissimè. Cum omne Contradictorium subjectum absurdissimum sit, mutuò se evertat, & quod unum membrum ut verum ponit, alterum ut falsum tollat & destruat: Eritq; sensus talis subjecti: Omne quod aliquid est, est subjectum Logices: Et nihil, quod non aliquid est etiam, ejus subjectum, quo nihil absurdius dici potest. Perinde ac si Physicæ Objectum Corpus & non Corpus, Arithmeticæ numerum & non numerum, Pneumaticæ Spiritum & non Spiritum diceret. *Quæ alienissima sunt. Nunquam n. Objectum cum suo Contradictorio coalescit, & pro uno subjecto in disciplinâ stare possit. Nec omnia quæ in enuntiatis occurrunt, ad locos inventionis Topicæ statim referre est opus, ut §. II. patebit.*

¶ 10. 2. Dantur propositiones Contradictorios terminos habentes, cum ipsæ propositiones non sint Contradictoriæ, sed utraq; affirmata & copulam affirmantem habeat. *Ut homo est animal necessario, & homo est animal non necessario.* Paria sunt, quorum quantitas est una, & non Paria sunt, quorum quantitas non est una, *Socrates & doctus & probus & formosus est, & Socrates nec doctus, nec probus, nec formosus est, termini Contradictories sunt, axiomata non.* Sic & in illo Marcialis l. 1. *Bella es, & puella, & dives.* Sed dum te nimium, Fabulla, laudas, nec dives, neq; bella, nec puella es. *Hic termini dives, bella, & puella, Topicè negantur. Non dives, non bella, nec puella es.*

E. omninò diversa Contradictio Topica ab axiomatice. R. In priore exemplo alterum omninò est negativum, negatur enim modus copula & consequenter copula ipsa, unde propositio negans efficitur, ut homo necessariò est animal, & homo non necessariò est animal: Posterior est negativa & axiomatice Contradictoria prioris, non autem terminos Contradictorios habens. In secundo id non paria non est terminus Contradictorius prioris, nec illum negat, sed aliam & diversum ponit, imparia nempe, paria autem & imparia positivæ species comparatorum vel numerorum sunt, & velut Oppositi termini unius generis, non autem Contradictorii. In tercio composita enuntiationi, in quantum composita est, verè contradicitur per alteram negantem, Socrates non est doctus, & probus, & formosus est, quæ verè negans & copulam negantem habet. Sensus enim affirmantis erat, Socrates simul doctus, probus, & formosus est, quod verissimè per alterum negatur, Socrates non simul doctus, &c. est, Vt Contradictio Topica terminorum hic nulla sit, cum tota vinculi connexio negetur, & sic totum axioma compositum negatum fiat. Si in multas simplices resolventur talia enuntiata, multis simplicibus enuntiatis negativis illis contradicitur, ut ipsa axiomata Contradictorie opposita fiant, non Topicas Terminorum Contradictiones habeant. Vt Socrates est doctus, S. est probus, S. est formosus. Contradicitur per has: S. non est doctus. S. non est probus, S. non est formosus. Non enim hic terminus probus de seipso tantum negatur per non esse probum, quod in Contradictione terminorum fieri debet, ut probus, non probus, doctus, non doctus: Sed de alio, Socrate, negatur, quod sit probus, quod axiomatum & enuntiatorum est, non simplicium terminorum, Idem est in illo Martialis, Nec dives, nec bella, nec puella

puella es.
do, Fabu
nec bella,
jam integr
picè Contr

II. 3
minorum
nentibus.
mino ita: S
sitione tam
res. Tò no
sunt. R. Ne
membrorum
beat, sed in
recedens
non opponu
mal, ut an
mine, per
suum neg
vacare, care
vacat, qui
sentanea T
Contradict
sionis est
Topica per
questioni
detur, sed
minanda,
2. Nec on
pendi, sed

puella es. Non soli termini negantur: Sed illi de alio subje-
cto, Fabulla, negantur, & sensus est: Fabulla nec dives,
nec bella, nec puella est, nam nimium seipsam laudat. Hos
jam integrum enuntiatum negans est, non solos terminos To-
picè Contradictorios habet.

11. 3. In connexis & discretis similia exempla ter-
minorum negantium sunt, enuntiatis ipsis affirmatis ma-
nentibus. *Ut, si homo est, animal est, contradicitur in ter-
mino ita: Si homo est, non animal est. Etsi culpa vacat, su-
spicione tamen non caret, etsi culpa vacat, suspicione tamen ca-
ret. To non animal & non vacare termini Contradictorij
sunt.* R. Nec hic termini opponuntur, si omninò partialis
membrorum, & non totorum enuntiatorum Oppositio esse de-
beat, sed integra enuntiata simplicita, que sunt membra an-
tecedentia talium enuntiationum. Animal & non animal hic
non opponuntur, sed homo est animal, & homo non est ani-
mal, ut animal non de se tanquam terminus, sed de alio, ho-
mine, per integrum enuntiatum negans affirmanti oppo-
situm negetur. Sic in discreto non opponuntur vacare & non
vacare, carere & non carere, sed qui culpà vacat, & qui culpà non
vacat, qui suspicione caret, & qui suspicione non caret. 4. Si ad dis-
sentanea Topica omnes dissensionis modi referendi, etiam
Contradictio Topica eò referenda, nam & ea modus dis-
sensionis est, & quidem principalis. At prius est, siquidem
Topica perfectè tradi debent. Ergò. R. Abluditur à scopo
quæstionis. Non quaritur, an Contradictio Terminorum
detur, sed an Topica sit, in Topicu proponenda, Topica deno-
minanda, & Topicum usum aliquem præstet. Hoc negamus.

2. Nec omnes dissensionis modi præcisè in Topicis propo-
nendi, sed qui modo considerandi & fini Topico inserviunt,

qua

qui probabilia argumenta sunt. Huc Contradictio terminorum vix faciet, cum vix arguendi aliquâ vi prædita sit.

12. 5. Insignis Contradictionis usus est in refellendo & ad veritatis confessionem cogendo adversarium, ut cum ad impossibile & contradictionem ipsum redigimus. E. maximè inter locos inventionis referri meretur. R. 1. Non omne, quod ad refellendum usum aliquem habet, statim ad locos inventionis referendum, nam omnia formalia & formam Syllogismi concernentia, potestates item Syllogismorum, inter quas & ad impossibile deducere est, ad refellendum insignem usum habent, nec tamen ad locos inventionis idè referuntur, sed in formalibus & virtutibus Syllogismi proponuntur. 2. Cum ad Topicam argumentationem Contradictio usum præstat, non solum terminorum ea est, sed integrorum enuntiatorum contrariorum vel Contradictoriorum. Ex his ad Conclusionem vel seipsam evertentem, vel alicui enuntiato prius ab Adversario concesso contradicentem proceditur, et sic ad Impossibile pertinacem Adversarium deducimus. Sic, Nullum donum DEI est opus carnis. Philosophia est donum DEI. E. non opus carnis. Si Adversarius conclusionem neget, ex Contradictione conclusionis ad absurdum rediges, sumendo hoc axioma, Phil. est opus carnis, & cum præcedente aliqua præmissa disponendo, nempe, Philosophia est donum DEI, ad negandam priorem Majorem procedes, nempe, Quoddam donum DEI est opus carnis, cujus Contradictoriam ante concesserat. Et sic ad duo Contradictoria axiomata simul concedenda, h. e. ingens absurdum, est adactus. Plurib. Tr. de Oppos. Enunt. l. 2, t. 9. seq. hac constabunt.



doctrinâ dign
Et Rhetores
beni, qua no
Termiorum
Contradictio
ris, Contrari
Paparum, Ju
c. 102. seq. n
picus est arg
brum Con
rum, & Co
ximè Topica
tum. Non
di sit: sed a
vocetur, &
di ille non
mo, non hor
non homine
tione, partic
sus aquis polle
tes apud La
Contradictio
fitione & d

DE CONTRADICTIONIS TERMINORUM DEFINITIONE ET DIVISIONE.

6. THESIS XIII.

In signis Contradictoriorum usus est in extenuandâ alicujus fide, cum aliquem sibi contradicere ostenditur. *E. maxime Topica doctrinâ digna.* R. I. Negatur Consequentia ex antè dictis. Et Rhetores & Oratores *media extenuanda alicujus fides habent, quæ non statim Topica inventioni inseruntur.* 2. Nec Termiorum Contradictio eò faciet, sed axiomatum. *In his Contradictio authoris alicujus spectatur, ut in antinomiis Juris, Contrarietatibus scriptorum Theologicorum, Patrum, Paparum, Juris Canonici, aliorumq; patet, & e. l. i. c. l. t. 102. seq. nonnulla liquebunt.* 7. Omnino ingens usus Topicus est arguendi à Contradictoriis. Ut, cui unum membrum Contradictionis tribuitur, ab eo removendum alterum, & Contrâ. *Sis Petrus est homo. E. non est non homo. E. maxime Topica potest dici Contradictio.* R. I. Non infertur quæsitum. Non quæritur, *an à Contradictoriis usus aliquis arguendi sit: sed an Contradictio solorum terminorum rectè Topica vocetur, & ex sese arguendi se vi prædite sit.* 2. Usus arguendi ille non est è terminis solis, sed integris enunciatis. *Homo, non homo, nihil arguet. Sed Petrum esse hominem, & non esse non hominem, virtutem arguendi suppeditabit partim ex dispositione, partim ex infiniti termini virtute, partim ex virtuali sensus aequipollentiâ, quâ duæ negationes in eundem terminum cadentes apud Latinos affirmantem aequivalere censentur, partim ex Contradictoriè Oppositorum terminorum cum suis subjectis compositione & de illis illatione, Et, Smaragdus non est non lapis, E. est*

T

lapis,

Respond.
Luca Ol-
hofio, Gry-
phen.
Pomera.

lapis. & sic consequenter, non ex solis terminis Contradictoriis. Aliàs Contradictorios terminos in enuntiato disponi posse non negamus. Ut principia Contradictionis ex talibus procedunt, velat, Quodlibet est aut non est, & Impossibile est aliquid esse & simul non esse. Sed exempla Rameorum pro hoc omnia sunt aliena, & arguere sese Topicè Contradictorios terminos negamus, quod contendunt Ramei, indeq; Contradictionem suam Topicam denominant. Conf. §. 16. & l. 2. d. Opp. Enunt: Vbi plursibus hæc patebunt.

14. *Hæc de primâ Ramistarum appellatione, qua Contradictionem terminorum Topicam vocant. Succedat altera, quâ argumentorum eam vocant, Vnde & Contradictoria argumenta Topica dicere solent, Vt ex Authoribus quibusdam §. 3. citatis patet. V. Scheiblerum c. l. n. 13. & Snellium in dial; Logicis, aliosq; Malè & hoc. Terminos simplices argumenta vocare nec ratio permittit, nec usus probat aliujus Authoris Latini ostendit. Non ratio, quia hæc distinctas res distinctis vocibus appellandas suadet, si suppetant, non confusis. Proximus enim rerum confusio est, qui voces earum confundit, quas distinxisse satius est. Distinctionis enim Magister Philosophus esse debet, non confusiois. Sed distincta res sunt, terminus aliquis, & argumentum seu confirmatio rei. Ille objectum saltem representat, hoc fidem rei dubie facit. Ille apprehensionem Logicam dirigit, hoc discursum. Ille primæ operationis Logice fructus & opus est, hoc tertia. Ille nuda res est, hoc dispositio rerum ad se invicem & corpus velut ipsum Orationis, ut Scaliger vocat, est. Eadem suadet, recepta vocum in artibus significata, & quæ usu velut propriis artium facta sunt, non temerè novare, aut in aliena significata præter necessitatem detorquere. Significatum autem argumenti vetustissimum & receptissimum est, quo pro ratione rei*

dubia

*dubia sumi
eum sequi
logismo disp
ni dicantur,
tur; ut plur
Nec usus pro
operationis L
corpus ipso
ma & vis,
accipiunt, &
tur, inquit
apud Cicero
lem reperit
venietur, u
roctus quide
thoritate, ut
cludit argu
probare con
notus Hon
tur virtus n
hæc contra R
ma Contra
objectivam
vocare possit
15.
dicta. In r
nitio, div
Contradict
si quid inte
Quæritur
terminoru*

dubia sumitur. Temerè & præter necessitatem à Ramo, & qui eum sequuntur, innovatum, ut pro simplici termino in Syllogismo dispositio accipiatur, & in Syll. tria argumenta dispositio dicantur, ac medius terminus argumentum tertium appellatur, ut pluribus alibi in Logica contra Rameos disputatur. Nec usus probati Authoris Latini fert, terminos simplices operationis Logica, argumenta vocare. Argumentum corpus ipsum Orationis est, argumentatio autem forma & vis, quâ construitur argumentum. Qui aliter accipiunt, abutuntur, pauci enim Latini purè loquuntur, inquit Scaliger l. 3. Poët c. 70. Eadem significatio apud Ciceronem & Quintilianum, & ex Græcis Aristotelem reperitur. Rameorum apud Classicum Authorem non invenitur, ut nec arguere pro declarare aut ostendere, ut Perrotus quidem in Lexico suo adducit, sed sine ratione aut auctoritate, ut hic non stringat. Plus in suo significato concludit arguere, quàm declarare aut explicare. Prodere, probare convincere, notat. Sic, laudibus arguitur vini vinofus Homerus. Degeneres animos timor arguit. Arguitur virtus malis, i. e. probatur, convincitur. Pluribus alibi hac contra Rameos deducuntur. V. d. 2. Log. t. 13. Si quis Synonyma Contradictionis terminorum velis, Contradictionem objectivam, apprehensivam, simplicem, incomplexam, vocare possit.

15. Hac de nomine Contradictionis terminorum dicta. In re absolutè spectandâ videnda ejus realitas, definitio, divisio, & affectio. Realitas est, quâ verè datur Contradictio simplex in terminis. Hac de re, quia controversi quid intercurrat inter Authores, uberius paulo dicendum. Quæritur, an detur Contradictio incomplexa & solorum terminorum in Logica? Dn. Philippus ad negantem in-

*clinat, in postpræd. pag. 84. Dial: Quartus modus, ait, vocatur Contradictio, qua non est singularum rerum aut vocabulorum Oppositio, sed tantum repugnantia propositionum. In Oppositum Aristoteles & Peripatetici, Ramistæ, & Misti communiter Contradictiones terminorum concedunt. Aristoteles in Categor. c. 10, quadam Opponi ait, non ut affirmationem & negationem, sed ut res sub affirmationem & negationem cadentes. Verba s. 1. §. 20, sunt allegata. Per res sub affirmationem & negationem cadentes terminos Contradictorios intelligens. Ibidem inter oppositorum species quadam ut *ajentia & negantia* opponi ait, *us sedet, non sedet. Hac autem termini Contradictories sunt.**

16. *Patet hoc etiam ratione. 1. Proposito in primâ Logicæ parte termino consentaneo, aptitudinem ad affirmatè enuntiandum continente, proponi etiam debet terminus dissentaneus aptitudinem ad negandum ostendens & Logicè efformans, & in hoc universa amplitudo & varietas dissentanei comprehendenda. Negationes enim in propositionibus aequè expediuntur, ac affirmationes. Aeq. ergò earum fundamenta in parte primâ sunt suppeditanda, ac harum. V. d. 5, Log. t. 4. seq. Sed prius fit in Logicis, ut patet. E. & hoc faciendum, & consequenter & Contradictio terminorum adducenda, nam & hæc fundamentum negationis esse potest. Vt, Quodlibet est aut non est, Ens non est non Ens, homo non est non homo, virtus non est non virtus, ubi Contradictoriõ terminis subjecta & predicata sunt, ex quorum fundamento negativè propositio efformanda fuit, si verè efformari debuit. Conf. §. 3. Pluribus hæc c. l. sunt deducta. 2. Quod nec ad relativam, nec privativam, nec contrariam oppositionem referri potest, id rectè peculiaris oppositionis specie.*

species in
in terminis
homo, nec
positionem
enti in san
filius, cæca
est. Album
est, quod n
liaris Oppo
3. Dantur
Quodlibet
plici part
quid sint,
mino enun
operatione
plicandus e
operatio p
radictio
secundâ
non debet.
eâ in part
5. Redarg
virtualiter
obpentina
interdum
bit. E. &
Logicâ pec
bus ex igit
17.
propositio
Sed Contr

species in terminis agnoscitur. Dissentanea enim completè in terminis sunt enumeranda. Album, non album, homo, non homo, nec ad relativam, nec privativam, nec contrariam oppositionem referri potest, non enim hæc omni in universum enti insunt, non omne ens vel calidum vel frigidum, Pater vel filius, cæsum vel videns est, sed aliquod neutrum ab utroq; est. Album autem & non album omni enti competit, nihilq; est, quod non vel album vel non album dici possit. E. peculiaris Oppositio agnoscenda in terminis, quæ est Contradictio.

3. Dantur propositiones ex terminis Contradictoriis, ut Quodlibet est aut non est, &c. ut ante dictum. E. & in simplici parte termini Contradictorii explicandi, ut sciatur quid sint, & quam Oppositionem habeant. Ex quo enim termino enuntiatum in operatione secundâ formari potest, ille in operatione primâ præstruendus, & sub Logicâ habitudine explicandus est, si Logicam habitudinem admittere possit. Secus operatio prima multam erit manca & hiulca. 4. Si hic Contradictio ea est, quæ in Enuntiatis est, tautologicè in parte secundâ reperitur, ubi eadem proponitur. At hoc admitti non debet. E. hæc Contradictio in parte Prima diversa est ab eâ in parte secundâ. Et sic in terminis hanc esse oportet.

5. Redarguimus interdum Adversarium, quod terminos virtualiter Contradictorios affirmativè combinaverit, item ob pertinaciam ad Contradictorios terminos simul agnoscendos interdum redigimus illum, ut t. 27. 28. & s. 2. d. Opp. En. patebit. E. & quid termini Contradictorios sint, in simplici operatione Logicâ peculiariter explicandum, Ne in compositionis operationibus ex ignotis & antea non explicatis procedamus.

17. Dices: 1. Affirmatio & negatio est tantum in propositionibus, ut ex Aristotele de interp. c. 6. patet. Sed Contradictio est affirmatio & negatio. Maxima enim

est oppositio. At hæc inter affirmationem & negationem. R. 1. Affirmatio & negatio sc. complexa & per copulam formata est tantum in propositionibus. Incomplexa & in terminis esse potest. V. l. 1. §. 20. 2. Contradictio hic non est secundum Aristotelem affirmatio & negatio, sed res sub affirmatione & negatione opposita, vel oppositio aliqua tanquam affirmatio & negatio opposita, ut c. 1. deductum. 2. Verum & falsum tantum in propositionibus locum habent. Nam eorum, qua secundum nullam complexionem dicuntur, nihil vel verum vel falsum est, ut c. 8. d. categ. docet Aristoteles, Et c. 4. l. d. interpr. idem habet. Sed in Contradictione est verum vel falsum, quia alterum Contradictoriorum semper verum, alterum falsum. E. hæc tantum in Enuntiatis. R. Iterum distinguendum inter veritatem complexam & incomplexam. Veritas complexa, quæ aliquid dicitur vel negatur determinatè de aliquo, tantum in Enuntiationibus locum habet. Incomplexa, quæ tantum objectum aliquod concipitur, ut est, non ut non est, & in terminis locum habet. Si enim veritas est adequata passio entis, omni enti conveniens est, quod conforme suo intellectus esse potest. Ita ergo & illis entibus, quæ simplices mentis conceptus sunt, quales termini partis primæ Logicæ, competet. Ita cum homo ut corpus vivum, animal rationale, corvus ut ales crocians apprehenditur, veritas incomplexa & objectiva est. Cum homo ut corpus insensatum, quadrupes volans, corvus ut quadrupes rugiens concipitur, falsitas incomplexa est, sed in conceptu distortè apprehendente, non præcisè in ipsâ re. Ita in divisionibus, quæ termini complexi, sæpè falsitates committuntur, ut cum membra non satis opposita sumuntur. Sic in Jure, si mulier vel homo, quasi mulier non esset homo. Animal vel bestia, quasi bestia non esset animal. Quando Aristoteles

Aristoteles
veritate
cognitione
quam co
ritas tan
non potes
disponam
compositio
est, hoc e
scere veri
cum conc
quo affir
positio.

18.
sedas defi
tradictio
affirman

19
plexus
solemus.
particula
virtus, &
different
aff. & ne
num Co
dem sen
diver,
gari debe
plis tan
modo ex
formatas

stoteles in complexis tantum veritatem & falsitatem esse ait, veritatem specialem intelligit, qua non solum conformitas cognitionis ad objectum est, sed & veritas in intellectu tanquam cognoscente veritatem, explicata. Ita in nobis veritas tanquam in cognoscentibus veritatem, esse & explicari non potest, nisi affirmando aut negando aliquid cum aliqua disponamus: etsi veritas tanquam in cognoscentibus rem, sine compositione, in nobis esse queat. Aliud, cognoscere rem, ut est, hoc & simplici apprehensione fieri potest: aliud cognoscere veritatem illius rei, hoc non nisi comparatione conceptus cum conceptu fieri potest, ubi determinate aliquid de aliquo affirmatur, vel ab aliquo removetur. Et hic est compositio.

18. Realitate Contradictionis incomplexæ visa succedat definitio, qua hæc: Contradictio terminorum est Contradictio, eundem terminum de eodem identicè sumpto affirmans & negans.

19. Dicitur ex genere Contradictio, prout in complexis terminis simplicem terminum pro genere assignare solemus. Vt iustitia distributiva, commutativa, est iustitia particularis, iustitia particularis est iustitia, virtus moralis est virtus, &c. Contradictionis definitio s. I. t. 19. tradita est. Ex differentiâ dicitur, eundem terminum identicè sumptum aff. & negans, Terminum eundem, per quod à propositionum Contradictione discernitur, qua integra enuntiata eadem sensu sumpta affirmat & negat. Vt, Nullus homo est dives, Non nullus homo est dives. Hic terminus saltem negari debet, idq. vel in enuntiato aliquo, vel extra illud in simplici tantum objecti apprehensione. In enuntiato, quomodo enuntiationes interdum ex terminis Contradictoriis formatas occurrere supra §. 13. 16. ostensum, Vt, homo non est

est non homo, aliquid nequit esse & non esse simul, Socrates non potest esse ens & non ens simul. Extra enuntiatum, quomodo objectum saltem cum suo Contradictorio concipitur. Ut, currens, non currens, Ens, non Ens, album, non album, nihil per modum enuntiatum de eo affirmatur aut negatur. Terminum eundem identicè sumptum, i. e. secundum omnia identitatis requisita, qua in Contradictione servanda sunt, & l. i. §. 23. seq. deducta, Ut & sono & sensu idem maneat. In Virtuali Contradictione interdum secus est, & alius terminus sono est. Sed ea secundaria est, & ad formalem & primariam reducenda, inq̄ illam resolvenda est, Et tum & sono eundem terminum retinebit. Ut atramentum album, h. e. atram. non atramentum, sacrificium incruentum, h. e. sacrif. non sacrificium. In definiendo autem potiora attenduntur, non secundaria. V. t. 22. Affirmans & negans, prout affirmationem & negationem quandam incomplexam, & in objectivâ rei apprehensione sistentem apud Philosophos dari l. i. §. 20. ostensum. Affirmans est, cum terminus objectivus ponit aliquid, sive reale id sit, sive notionale, ut Petrus, animal, chimara. Negans, cum idem tollitur simplici negatione, ut, non Petrus, non animal, non chimara, &c. Hæc negatio vel expressa est, ut homo, non homo, vel implicita & virtualis, ut homo leo, homo irrationalis, qua Contradictio in adjecto dici solet, ut §. 27. patebit. Ad utramq; negationem sensum definitionis extendi oportet, unde postea in apertam & opertam Contradictio incomplexa dividetur. §. 25. Etsi primò aperta innuatur.

20. Ita definitio Contradictionis incomplexa vera explicata. Videnda est Rameorum definitio, & quid de eâ habendum, subjungendum. Definiunt Contradicentia sua Topica, uti vocant, contraria negantia, quorum alterum

rum neg
esse, sup
gantia, T
explicans,
cum non u
negat, sed a
homo. V. U
in dial. l. 1.
proprietè &
qualis est v
vel Contra
nullâ per se
ficatas, vel
camento.
bitum vel s
in eâ existi
Cerberus, l
terum Co
ut de omni
dendo disci
nitas porrig
cogatur, ex
gnificet. &
sive vera,
pidem. Sic
21.
restat. I. C
si vocabul
ut c. l. l. l.
pso non qua
mes teneat

rum negat ubiq; De genere hujus definitionis, inaccuratum esse, supra s. 1. §. 21. dictum. Alteram generis vocem, negantia, Tropicè adhiberi ydem concedunt, cum definitionem explicant, per Synecdochen nempe totius pro membro ita dici, cum non uterq; terminus in Contradictentibus & privantibus neget, sed unus duntaxat. Ut videns & cæcus, homo & non homo. V. Ursinum in Com. Log. l. 1. c. 16. n. 1. Snellium in dial. l. 1. c. 16. Deinde negare hic idem esse ajunt, ac rem propriè & per se ab omni prædicamento exclusam dicere, qualis est vel privativum quid, ut mors, cacum, nudum esse, vel Contradictorium, ut non homo, non justus. Hac enim in nullâ per se ponuntur Categoria, cum vel res indefinitè significatas, vel privationes imponant, que directè in nullo prædicamento. Affirmare idem ac rem certam & definitam, habitum vel simile quid in Categoriâ contentum, aut tanquam in eâ existens, eiss aliòquin figmentum sit, dicere ajunt, ut Cerberus, Phaëton, homo, planta. Tertio negare ubiq; alterum Contradictentium dicunt, quod ita negare ajunt, ut de omni re non contentâ sub affirmato in infinitum extendendo dici possit, & mens nostra sub tali termino ad res infinitas porrigi queat, nec in certâ aut definitâ re acquiescere cogatur, excepto Contradictentium uno, quod affirmationem significet. Sic lapis & non lapis, sub non lapide, quævis res, sive vera, sive ficta, in infinitum comprehendatur, præter lapidem. Sic illi de sua definitione.

21. Quid hic desiderari jure possit, paucis explanandum restat. 1. Genus, Contrarietas, non quadrat cum speciei hoc sit vocabulum, non generis, quod Opposito melius esse poterit, ut c. l. s. 1. deductum. 2. Altera generis vox, negantia, eo ipso non quadrat, quod Tropicam & Synecdochicam esse ipsi met concedunt Ramista, ut visum. Genera autem Synecdo-

chica adhibere, ubi propria suppetunt, accurratio definiendi Logica non patitur. Negantia vocant Contradicentia, cum alter tamen tantum eorum terminus neget, alter affirmet. Genus autem sua speciei ex toto, non alicui tantum parti, convenire debet. Sic male genus hominis animal album aut doctum facies, cum cuidam tantum homini, non omni, id competat. Sic male Contradicentia negantia dicitur, cum altera tantum eorum pars neget. Rectius opposita dicuntur, quae & affirmant & negant. 3. Quod negare per rem à prædicamento per se exclusam dicere explicatur, etiam particulare est. Quaedam negata à prædicamento excluduntur, ut privationes & negationes pura. Sed quae ita negant, ut sensu aliquid certi & affirmati consequenter importent, in prædicamento etiam per se esse possunt. Ita multae differentiae rerum negant, quae terminus infinitis interdum exprimentur. Ut irrationale, insensatum, incorporeum, non sentiens, non vivum, V. S. 9. Sic infinitum, independens, increatum, incorruptibile, incompletum, illocale, impossibile, &c. negant, ob id à prædicamento non excluderentur, nisi simul termini transcendentessent. Sic affirmare non est præcisè rem certam & prædicamentalem dicere, nam & transcendentess termini affirmant, quae tamen rem in Categoria præcisè continentiam, aut velut aliquid in eà existens, non dicunt, ut ens, unum, verum, bonum, perfectum, ordo, duratio, ubiitas, principium, causa, necessarium, contingens, absolutum, respectivum, abstractum, concretum, &c. Cum prædicamenta omnia transcendant.

22. 4. Quòd alterum Contradicentium ubiq; negare ajunt, etiam de quodam Contradicente saltem procedit, qui nempe expressus & apertus negans est, unde Contradictio terminorum aperta & explicita oritur. De virtuali

&

& implici
non potest
sed termin
negationem
importet:
res sub affi
ferreum, fe
mentum ru
involvunt
lignum esse
cum leonin
homo non p
la negatio
tium impo
nitum pro
bus afferi p
nempe, un
firmation
citur, &
est, S. 19
non est, ut
bus tantu
mara. No
casti Chin
nulla sit i
volum
quam ul
nes de or
ferreum
mibus d
vero, ub

& implicito, & qui Contradictionem implicitam facit, id dici non potest, hic enim non ubiq; negat, cum non aperte neget, sed terminum positivum & sic affirmantem adducat, sed qui negationem precedentis virtute sensus & per consequentiam importet: Nec ita neget, ut sub negante omnes in infinitum res sub affirmato non contentas complecti liceat. Ut lignum ferreum, ferrum ligneum, homo leoninus, leo humanus, atramentum rubrum, &c. Hic virtute saltem negationes priorum involvuntur. Lignum enim, cum ferreum dicitur, eo ipso non lignum esse asseritur, cum lignum non sit ferreum, & homo cum leonina substantia dicitur, eo ipso non homo asseritur, cum homo non sit substantia leonina, & sic in cæteris. In his nulla negatio aperta & formalis est, sed consequenter tantum importata, & sic nec negatio ubiq; extensa vel in infinitum producta dici potest, quod de apertis saltem negationibus asseri potest. Negatio quidem hic aliqua est, virtualis nempe, unde definitio Contradictionis terminorum, quæ affirmatione & negatione ejusdem termini constare dicitur, & ad negationem virtuales certo modo extendenda est, §. 19. Sed negatio termini ubiq;, & in infinitum facta hic non est, ut Ramistæ definiunt, hoc enim apertis Contradictionibus tantum competit, ut homo, non homo, chimæra, non chimæra. Non chimæra negat ubiq;, præter chimæram. Sed si dicas Chimæra animal, non hic negatio ubiq; est, cum negatio nulla sit in termino, quæ ubiq; extendi potest: sed ex sensu vocum per consequentiam demum eruenda sit negatio, quam ubiq; procedere commode satis dici non potest. Ita nec de omnibus rebus talem negationem enuntiare licet. Sic ferreum non de omnibus à ligno diversis, lignum non de omnibus à ferro diversis enuntiare fas est, quod in termino vero, ubiq; negante omnino licet.

23. Dices; Et id vitiosum in definitione illâ est, quod alterum Contradictentium negare ait, cum uterq; vel negativus, ut nihil, non nihil, irrationale, non irrationale, cæcum, non cæcum, vel affirmativus esse possit, ut homo, leo, asinus, lupus, *verum, falsum, bonum, malum, substantia & accidens, ubi posterioria virtutem Contradictentium prioribus habent, & hæcenus contradictoria sunt.* R. *Falsum est, utrumq; in formali & aperta terminorum Contradictione ita esse posse. Nec exempla hæc probant. Terminus nonnihil, non negans, sed affirmans est, duæ enim negationes in eundem terminum cadentes apud Latinos non negant, sed affirmant. Irrationale est sono & modo significandi negans est; sensu tamen & significatione affirmat, & positivum quidem est, tanquam differentia substantialis bestie. V. S. 9. Cæcum est privative neget habitum: Contradictorie tamen non negat, sed affirmat carentiam alicujus habitus vel similitis in subjecto suo, cui Contradictorie negativè opponitur aperta negatione, non cæcus, non surdus, non mutus, ut prior hæc ratione comparando eam cum negatione Contradictoria affirmativi termini rationem subeat. In exemplis affirmativis, ut homo leo, lignum ferreum, atramentum rubrum, non est ratio formalis & aperta Contradictionis, de cujus ratione est, alterum terminorum negativum habere: Sed virtualis & implicitæ, ubi qualis Contradictio, talis & alterutrius termini negatio. Contradictio est virtualis & implicita in sensu, non sono. Talis ergo & negatio, quæ si in sensum suum resolvitur, virtute sensum negativum prioris termini in se continet. Ut ferreum esse lignum negat, quod non est ferrum aut ferreum. V. t. 19. 22.*

24. Verum & falsum si de enuntiationibus sumantur, magis se ut contrariæ differentiæ & species unius

generis; Et
 contradictoria
 gans. Si de
 hori oppon
 Keckerim.
 Verum enim
 implicitam
 & non ens, q
 negans erit
 pro opposi
 & vitio re
 tus moralis
 denter sum
 bono Contr
 non forma
 veat: mal
 rium prior
 enim Met
 plaribus d
 tradictio
 inferiores
 immediatè
 tur. Dicun
 sed secundo
 Accidens
 inessendo
 & alterum
 25.
 dita: Suc
 formalis &
 adjecto, v
 20

generis, Enuntiati ex materiâ suâ divisi, habent, quàm Contradictoriâ; unde non mirum, si neuter terminus aperte sit negans. Si de ente & transcendentèr sumantur, quomodo Contradictoriâ opponi quidam volunt, ut Alsted. Encycl. l. 5. p. 1. c. 7. §. 6. Kecker. m. l. 1. pri. Phil. c. 7. n. 14. Ita enti & non enti respondens, Verum enim ens, falsum non ens est. Ita ad Contradictionem implicitam referentur, & falsum in sensu continet non verum & non ens, quod vero aperte Contradictorium, & sic etiam aperte negans erit. Bonum & malum ut moraliter sumuntur, pro oppositis habitibus moralibus in subjectis, ita virtutis & vitio respondent, & similiter ut contrariâ species habitus moralis opponuntur, non Contradictoriâ: Ut transcendentèr sumuntur de bonitate & malitia entis, ita malum bono Contradictoriâ opponitur, sed virtualiter & implicite, non formaliter & aperte. Ita in negationem apertam resolvitur: malum, i. e. non bonum, & hoc aperte Contradictorium prioris erit, & transcendentèr idem est ac non ens. Quod enim Metaphysicè non bonum est, id nec ens est, ut alibi pluribus dicitur. Substantia & accidens etiam propriè Contradictoria non sunt, sed velut disparatâ vel contrariâ & inferiores species unius conceptus superioris, entis creati, quod immediatè in substantiam & accidens, ut inferiora, dividitur. Dicuntur interdum contradictoria, non primò & per se, sed secundò & per attributa quadam, quæ in se continent. Accidens enim est ens in inessendo, substantia ens in non inessendo. Inesse autem & non inesse sunt Contradictoria, & alterum aperte hic est negativum.

25. Ita definitio Contradictionis incomplexæ expedita: Succedat divisio. Contradictio terminorum vel est formalis & aperta, vel virtualis & implicita, quæ & in adjecto, vel Oppositio in apposito vocatur. Aperta est,

quæ termino negante aperto & directè priori opposito expeditur. *Vi leo, non leo, homo, non homo, nihil, non nihil.* De hac nota 1. Hæc Contradictio in altero termino negat in infinitum, ut nusquam sistat, adeoq; omnem rem comprehendat, quacunq; non oppositus terminus est. *Vi homo, non homo.* Sub non homine quamvis rem in infinitum comprehendere licet, modo non oppositus terminus, homo, sit. Sic plantam, metallum, DEum, angelum, animam, artificialia, bruta, etiam ficta & impossibilia, ut Chimeram, Cerberum, Phœontem, montem aureum. V. §. 7. 8. 2. Contradictio termini in propositionibus interdum locum habet, etsi in exemplis ejus assignandis quâdam cum cautione procedendum, ne aliena sumamus pro genuinis. Ramei fermè aliena ex infinitè affirmativis pro Contradictoriis substituunt, ut §. 9. 10. 13. 16. deductum. 3. Contradictio termini etiam in analogis per attributionem locum habet, etsi non in analogis per proportionem. *Analogia enim per attributionem Synonymiam seu essentialem rationem participant, etsi non equaliter, sed inaequaliter & secundum prius ac posterius.* *Vi, substantia est ens, substantia non est ens, Accidens est ens, non est ens.* Ens analogum ad rationem substantia & accidentis est, synonymicè tamen & essentiali attributione de utroq; predicatur. Inde locum etiam tale analogum in scientiis habet. Sic in Metaphysicis ens explicatur, ejusq; subjectum adequatum est. In analogis per proportionem non procedit, hæc enim faciunt equivocationem, illiq; respondent, & identiam terminorum in Contradictione tollunt. Sic non est Contradictio, *Homo mortuus est homo & non homo,* quia homo mortuus homo æquivocè dicitur, & *sono, non sensu ac significato.*

26.
gnica est
aliquo ve
simul infe
rradictio
ctione pro
tati, ut n
construunt
terminos si
nuntiatione
ergo termi
est, simpli
mentis oper
& negat,
Logica aff
locum habe
tis aut nega
mini veri
quatenus
est, termi
prehendit
termino h
rà, sub no
Logices ve
secunda L
cognitione
c. l. visun
cis ad eru
de enunti
toria in
rium, cog
mel

26. 4. Contradictio terminorum, Ubi materia cognita est, est immediata, utrumq; membrum simul de aliquo verum habere non potest, nullâ potestate uni simul inferri potest. *Hæc ex s. 1. §. 41. 42. seq. patent.* 5. Contradictio terminorum est prior & simplicior Contradictione propositionum. Ratio, quia termini priores enuntiationis, ut materia materiato, ex terminis enim, ut materiâ construuntur enuntiatione. Simplicior est, quia operatio circa terminos simplicior est, objectiva apprehensio, quàm circa enuntiationes, compositio & divisio terminorum. Et oppositio ergo terminorum, quæ rationalis & Logica mentis operatio est, simplicior enuntiationum Oppositione est, quia prima mentis operationis est. 6. Contradictio Termini affirmat & negat, sed incomplexè, quomodo in simplici operatione Logica affirmatio & negatio per modum objecti apprehensi locum habet, non per modum enuntiationis per copulam affirmantis aut negantis aliquid de aliquo. V. §. 17. 7. Contradictio termini veritatem in se habet, sed simplicem & objectivam, quatenus objectum apprehensum cognitioni conforme est, termino alteri ex Contradictoriis respondet, subq; eo comprehenditur. Et si de Petro dicam, homo aut non homo, sub termino hominis Petrus continetur, ens aut non ens de chimæra, sub non ente illa comprehenditur, prout in parte primâ Logices veritas esse potest. V. §. 17. Non enuntiativam, quæ parti secunda Logices respondet, nec conformitas solum objecti cum cognitione, sed & veritas in ipso cognoscente cognita est, ut c. l. visum. 8. Contradictio termini utilis est in Logice ad eruendam veritatem, & formandam interdum inde enuntiationem in parte secundâ, itemq; ad Contradictoria in terminis statuenda redigendum proseruum Adversarium, eoque servanda in Logice est, non emittenda. V. §. 16.

27. Con-

26. 5. Con-

27. Contradictio operata est, quæ in terminis negationem sui in sensu involventibus simul appolitis committitur. *Vt atramentum rubrum, lignum ferreum, &c. V. S. 23.*

24. Estq; vel vera vel apparens. Vera, cum res verè inconsistentes in terminis involvuntur. *Talis Papistæ se irritare existimantur, Cum Ecclesiam Romanam Catholicam dicunt, & Catholicismum de totâ per universum orbem diffusionem locorum intelligunt. Quod enim Romanum est, particulare & ad certum locum alligatum est. Quod Catholicum, universale & per totum orbem terrarum diffusum. Particularea. Nunquam est universale, species non est genus, membrum non est integrum corpus, sed non universale, non genus, non integrum corpus, quæ aperta priorum Contradictoria sunt. Romana Ecclesia si vera esset, Catholicæ Ecclesiæ pars, & membrum esset, non ipsa præcisè Catholica Ecclesia, quæ totum numerum salvandorum complectitur. Hebr. 12. v. 23. Similis Contradictio est, cum se Romano-Catholicos vocant, & Papam Romanum Oecumenicum Episcopum Romanum appellant. Oecumenicum enim universale quid, & supra totius orbis Episcopatus constitutum est, quomodo Cyrillus Apostolos iudices Oecumenicos vocat, quod universæ terra doctores à Christo constitui essent. Romanum particulare, & certa sedis ac diœcesios Episcopatum & præfecturam designat. Vnde qui Romanus Episcopus est, universalis & Oecumenicus non est. Hinc in jure Canonico cap. primæ sedis, dist. 99. ex Conc. Carthag. 3. c. 26. dicitur, Prima sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, vel summus Sacerdos, vel hujusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. Universalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur. Et Gregorius M. ep. 30. ad Maur. Augustum, Ego fidenter dico, inquit, quia quisquis universalem*

lem se fac
ne suâ An
teris præp
28.
nienda. Vi
eodem resp
Romæ ordi
Oecumenic
universam
verè Contra
scopus Roma
sensu, quo
nicus vocatu
lenda facere
tur, non ta
sed & curæ
tualiter Co
hinc Roma
curam ger
Episcopus,
sunt, qua s
diu ergo Pa
dicendum O
tur, ad Ro
quia totius
Antiochen
mane, Ant
in genere
nia allegati
His omnia

lem se sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione suâ Anti-Christum præcurrit, quia superbiendo se cœteris præponit.

28. *Variè hic Papistæ excipere solent, quæ alibi discutienda. Vnum hic adducam. Dices: Non fit attributio eodem respectu. Nam Romanus Episcopus dicitur, quòd Romæ ordinariè sedeat, & Ecclesiæ istius loci præsideat. Oecumenicus autem, quòd totius Ecclesiæ militantis per universam terram dispersæ curam gerat. Hæc autem non verè Contradictoria sunt. E. nec in illis terminis, Episcopus Romanus Oecumenicus, vera est Contradictio. Non eo sensu, quo Romanus dicitur, etiam talis negatur, & Oecumenicus vocatur, sed diverso. R. Parum hæc Contradictioni tollenda facere posse, videri queat. Romanus Episcopus dicitur, non tantum loci ratione, quòd ordinariè ibi præsideat, sed & curæ, quòd istius Ecclesiæ curam gerat. Iam hæc virtualiter Contradictoria sunt, unius Ecclesiæ curam gerere, & hinc Romanum dici, & omnium Ecclesiarum, h. e. non unius curam gerere, & hinc Oecumenicum vocari. Unius Ecclesiæ Episcopum, & omnium Ecclesiarum esse, inter Contradictoria sunt, quæ simul de uno subiecto enuntiari non possunt. Quamdiu ergò Papa Episcopus Romanus vocatur, tam diu non est dicendus Oecumenicus; & quamdiu Oecumenicus vocatur, ad Romanum determinari non debet. Velut Christum, quia totius Ecclesiæ caput est, non magis ad Romanum, quàm Antiochenum, Syriacum aut Asiaticum, determinamus, ut Romana, Antiochena, &c. Ecclesiæ caput dicatur, quia omnium in genere esse præassumitur & asseritur. Quæ circa testimonia allegata excipere solent, alibi in Theologicis videbuntur. Hic omnia ob prolixitatem deduci nequeunt.*

29. Simili Contradictione terminorum se implicare traduntur, cum Missam sacrificium incruentum vocant. Quod enim sacrificium esse debet, cruentum esse oportet. & sine cruentatione sacrificium nullum invenitur, ut ex Levit. 1. 2. 3. patet, & Hebr. 9. v. 22. generaliter sine sanguinis effusione nullam fieri peccati remissionem affirmatur. Papista autem missam peccata verè remittere, & sacrificium verè propitiatorium esse, quo peccata cum vivorum, tum mortuorum verissimè expiuntur, contendunt. Ut Bellarmini, Valentia, Becani, Costeri, Cotoni, Gaulterij, Alphonsi de Castro, Pererij, Maldonati, C. à Lapide, aliorumq; scripta testantur. Quamquam alij moderatius loquantur. Et in Christi sacrificio expressa est mentio effusionis sanguinis & mortis, Hebr. 9. v. 12. 14. 15. 18. cap. 10. v. 19. Sanguinem autem effundi incruentè, h. e. sine sanguine, nil nisi vera Contradictio est. Si missa etiam verum sacrificium esset, in quo corpus Christi offerretur, iterum sanguis Christi fundendus esset, & iteratò eam pati oporteret, quod semel factum Epistola ad Hebræos tradit, & unâ expiatione sanctificandos Christum consummasse docet, c. 7. v. 27. c. 9. v. 12. 25. 26. 28. c. 10. v. 10. 14. Contradictoria autem sunt, Oblatio Christi est unica & semel facta, & Oblatio Christi non est unica nec semel, sed sæpius faciendâ, & Christus sæpè offerendus est. Varia hic iterum effugia parans Papistæ, Contradictioni amolende, quarum nonnulla pauis ventilanda. Dices 1. In sacrificiis Veteris Test. nulla sine sanguine hircorum aut aliorum brutorum erat remissio, de his enim loquitur author, Hebr. 9. v. 22. Sed in sacrificiis N. T. fieri ea extra sanguinem potest. Et tale quid missa est. R. Ita hoc V. T. sacrificium tribuit Ep. ad Hebræos, ut generalem inde regulam ad remissionem peccatorum deducat, nullam sine san-
guine

guine fieri.
sum perat
Vs ex c. 9.
T. sacrificiu
sola, & sic
cruentum
mu.

30. 2.
porter, & t
ta est applic
Christo pra
tuis. Hoc &
pistarum it
fid. c. 6. 1.
verè propiti
soll. 6. c.
Missæ tant
memorati
sorum eff
sed & col
esse docet.
tianus, Be
nus, And
peccati sine
tantum app
esset, non
minùs pro
disputant
est res ipsa
plicatio me
ipsa meritum

gusne fieri, & consequenter etiam in N. T. sacrificio per Christi-
 sum peracto, sanguinis fusionem necessariam fuisse ostendat.
 Vt ex c. 9. & 10. ante ostensum. Præter unicum illud No-
 T. sacrificium in cruce peractum nullum aliud proponit Epi-
 stola, & sic nos rectè omne sacrificium s. Veteris s. Novi Test.
 cruentum esse, nullum incruentum, inde concludi-
 mus.

30. 2. Sacrificium satisfactivum cruentum esse o-
 portet, & tale fuit Christi in cruce. Sed sacrificium Mis-
 sæ est applicatorium & representativum, quo Satisfactio à
 Christo præstita representatur & applicatur vivis & mor-
 tuis. Hoc & incruentum esse potest. R. 1. Quidam sanè Pa-
 pistarum ita moderatius paulò hic procedunt, Vt l. 2. d. simpl.
 fid. c. 6. s. 9. dicam. Sed multi etiam Missam sacrificium
 verè propitiatorium esse decernunt, Vt Conc. Tridentinum
 sess. 6. c. 2. & Can. 3. anathema dicit, si quis sacrificium
 Missæ tantum laudis & gratiarum actionis, aut nudam com-
 memorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitia-
 torium esse dixerit. Et sess. 22. Can. 2. non solum pro pænis,
 sed & culpâ, tam levibus, quàm mortalibus, propitiatorium
 esse docet. Similia Bellarminus l. 2. d. Missæ c. 1. 2. Valen-
 tianus, Becanus, Costerus, Cajetanus, Eccius, Cathari-
 nus, Andradius, Cotonus, alij tradunt. Sed propitiatio
 peccati sine cruore & sanguinis effusione non fit. 2. Si missa
 tantum applicatio & representatio sacrificij à Christo præstiti
 esset, non esset ipsa sacrificium propriè dictum, & multò
 minus propitiatorium sacrificium, quod utrumq; Papistæ
 disputant. Applicatio enim & commemoratio rei non
 est res ipsa, cujus est commemoratio. Sic in fide est ap-
 plicatio meriti & sacrificij Christi in cruce præstiti. Non ergò
 ipsa meritum & sacrificium Christi est. In Cœnâ est comme-

moratio mortis Dominica. Non ergo ipsa mors Dominica est. Et applicatio sacrificij Christi, qua in Cœnâ fit, non per aliud sacrificium fit, sed Sp. sancto efficaciter vim illius in cordibus fidelium obsignante, & fide fidelium firmiter meritum Christi recipiente & sibi tribuente. 3. Dices: Etiam in fide justificante est remissio peccatorum, & tamen nulla sanguinis hic effusio. Et sic sine hac illa esse potest, & sic etiam Missa sacrificium incruentum, & sine sanguine esse potest. R. In fide non est remissio peccatorum, tanquam in proprio & propitiatorio sacrificio, sed tanquam in instrumento verum & propitiatorium Christi sacrificium passionis universamq. ejus vim & meritum apprehendente & sibi tribuente. Et hæc in eâ est sanguinis effusio, quatenus sibi meritum passionis Christi tribuit, qua sanguinis fusione constitit. In missa autem, ut in vero & propitiatorio sacrificio, peccatorum remissio à Papistis esse docetur. Vbi autem tanquam in sacrificio propitiatorio remissio peccatorum est, ibi sanguinis effusionem esse oportet, & sic sacrificium propitiatorium incruentum nullum esse potest.

31. 4. Melchisedech sacrificium panis & vini obtulit, sed incruentum. Gen. 14. Vel si protulit tantum panem & vinum, non profanum, Sed sacrum & prius DEO oblatum protulit. E. & quoddam sacrificium incruentum esse potest. R. Antecedens totum dubium, mera principij petitio, & falsa Adversariorum hypothesis est, qua non conceditur. Non obtulit Melchisedech panem & vinum, sed protulit: nec Hebræa vox in sacris offerre, sed proferre notat, unde Vatablus, scriptor Pontificius, ad hunc locum annotat, protulit, intellige, ut sacrificaret. Quo Commentario opus non esset, si ipsum proferendi verbum sacrificandi vim in se contineret: nec panem jam ante oblatum pro-

tulisse probari potest, vel indicium ejus in textu est: Nec in
 sacrificium DEO, sed in refectionem Abrahamo & sociis ejus
 à pugnâ redentibus protulit: nec ratio prolationis additur,
 quòd Sacerdos DEI fuerit, & sic pro sacrificio obtulerit, nec
 particula enim, sed *Id est*, vel prout, in Hebræo est: Sed per con-
 nexionem quædam ad statum persone ejus, qualis fuerit, spe-
 ctantia, apponuntur, non rationem prolationis in pane & vi-
 no explicantia, sed omnium, qua egit, ut prolationis, benedi-
 ctionis, humanitatis, & dignitatem persona commeatum Abra-
 ha suppeditantis eiq; benedictentis continentia, ne benedi-
 ctionem ejus quisquam floccifaceret. Panem & vinum pro-
 tulit, ut Rex, benedixit, ut Sacerdos, commeatum suppedita-
 vit, ut humanus & liberalis. Vid. Hebr. 7, v. 1. 2. 4. Et li-
 cet Antecedens verum esset, ad Missam tamen nullâ conse-
 quentiâ traheretur. Mors enim Christi typus iste comple-
 tus & abrogatus esset, & solus Christus offerret, non Sacer-
 dotes Missarici; & panis & vinum offerenda essent, non acci-
 dentia eorum, qua de Missâ statuunt Papistæ, ut pluribus in
 Theologicis disceptatur. 5. Christus in primâ Cœnâ sei-
 ipsum obtulit DEO, tanquam hostiam & sacrificium vo-
 luntarium. Et tamen adhuc sine sanguine & passione
 erat. E. & sine sanguine aliquod sacrificium esse potest,
 h. e. incruentum, & consequenter sine Contradictione
 hoc. R. Antecedens iterum mera principij petitio, & fal-
 sa hypothesis est. Si Christus ibi se obtulit DEO, ut sacri-
 ficiu[m] propitiatorium incruentum, ut de Missâ Papistæ do-
 cent, quid opus fuit sacrificio cruento in cruce? Nam jam
 Cœna sacrificio remissio peccatorum fuisset parata, & remissio-
 ne peccatorum paratâ non opus est amplius oblatione pro pec-
 cato. Hebr. 10, v. 18. Et sâ in cruce demum se ut sacri-
 ficiu[m] propitiatorium Christus obtulit, non opus fuit sacrificio

Eucharistia increta, Et consequenter hoc nullam est. Deinde, hoc facite in institutione Cœna, non ad sacrificionem aliquam aut oblationem, sed acceptionem, comestionem, & bibitionem ejus, quod Christus accipere jusserat, refertur, dicitur enim, accipite, comedite, bibite, Matth. 26. Marc. 14. I. Cor. 11. Et hoc sic explicatur, quod biberint ex eo omnes. Marc. 14. v. 23. Et Paulus, Quotiescunq; manducaveritis & biberitis. I. Cor. 11. v. 26. 27. Christi enim in Cœnâ loquentis institutio, & Apostolorum imitatio ac expressio, nostræ administrationis Cœnæ norma & regula esse debet, & sic ultra ad alias actiones, ut sacrificia, quorum nulla in Eucharistiâ mentio, Cœna non est extendenda.

32. 6. Omnis gratiarum actio in quadam oblatione DEO ut benefactori facta, consistit, Sed Eucharistia ex institutione Christi externa quædam gratiarum actio esse debet, unde externum signum interni affectus offerri debet. *Hoc quaecunq; sit, oblationem & sacrificium faciet. Non autem cruentum. E. incretum, Et consequenter terminus sacrificij incretenti non est Contradictorius. R. Gratiarum actio in oblatione consistit, sed non semper propriè dicta, qua proprium sacrificium constituat, sed & Tropica, qua omnia sacrificia spiritualia & Tropica comprehendit, quomodo preces, invocationes, laudationes, celebrationes DEI, sacrificia dicuntur, V. Psal. 50. v. 14. 23. Ps. 51. v. 19. Psal. 141. v. 2. Hebr. 13. v. 15. Ita ipsa corpora sanctorum hostia viva & DEO placentes dicuntur. Rom. 12. v. 1. Conf. & I. Petr. 2. v. 5. Sed hac sacrificia omnia sunt Tropica & Metaphorica: Missa autem sacrificium proprium à Papistis statuitur. Ita oblatio in Cœnâ est, sed per commemorationem, annuntiationem, & predicationem mortis Christi,*

non

non sacri
Cœnam
sacrificium
nes, mune
feratione
lesq; sacro
sibus disci
sanguiner
verè in Cœ
tanguam p
ducendum

33.

verfalis di
sibus doctu
univer. el
usurpatur
aliquam
separatin
ximuntur
sicularia
assumuntur
asseruntur
electio est
Dices: Et
dicitur, e
mendico o
illa dicitur
Et sic non
consequens
ur. R. A
arag separ

non sacrificium proprium incruentum. Hoc modo Patres sæpè Cœnam oblationem & hostiam vocarunt, non quasi verum sacrificium propitiatorium sit: Sed quòd preces, gratiarum actiones, munerum pro pauperibus oblationes, totius Christiani consecrationes, sacrificij mortis Dominica commemorationes, similesq; sacros actiones junctas habeat, ut in Theologicis pluribus disceptari soles. Sæpè & non Cœnam, sed Corpus & sanguinem Christi hostiam & oblationem vocant, non quòd verè in Cœnà ut sacrificio offerantur, sed quòd olim in cruce tanquam sacrificium DEO oblata fuerint, ut alibi amplius deducendum.

33. Ita Contradictio in appposito est, cum Electio universalis dicitur, ut ab Hubero circa annum 1597. & sequentibus doctum fuit, & qui eum hic sequuntur, ut Keckio l. d. univ. elect. alijsq;. Fox enim electionis, cum de personis usurpatur, in proprio & nativo significato separationem aliquam ex universis notat, quàm ex universalitate quãdam separatim quidam eximuntur, relictis cæteris, qui non eximuntur. Sed ubi quidam eximuntur, cæteris relictis, particularitas ponitur, non universalitas. Vbi enim universi assumuntur, nulli propriè eligi dicuntur, quia nulli relinqui afferuntur. Et sic electio universalis idem ac electio non electio est, quod aperte terminos Contradictorios importat. Dices: Etiam uno proposito objecto eligi illud aut respui dicitur, etiamsi alia non adsint, ex quibus eligatur. Sic mendico occurrenti cum eleemosyna danda constituitur, eligi illa dicitur, etsi alia non adsint, inter qua eligi illa potuerit. Et sic non separationem ex alijs præcisè electio importat, & consequenter non Contradictionem ponit, si universalis dicatur. R. Aliud est electio actus, aliud personarum. In utraq; separatio aliqua occurrit. In illà actus cujusdam, ubi
qui

qui assumitur, eligi & separari, qui relinquitur, reprobari dicitur. Sic cum mendicium occurrit, potest actus dandi eleemosynam eligi, & sic ab actu negativo non dandi separatur, & negatio ejus seu non datio eleemosyna reprobat, & sic hac ab actu dandi separatur, ac consequenter hic eligitur. Velle separatur à nolle, cum datio eleemosyna assumitur, non datio reprobat: Vel nolle à velle secernitur, cum negatio ejus pra datione arripitur. In electione personarum semper aliquos esse oportet, ex quibus alij assumantur, alij relinquuntur. Sic cum eligitur Princeps, Pastor, Dux, ex aliis eligitur, cæteris præteritis. Ita & cum homines ad vitam æternam eligi dicuntur, ex mundo eliguntur, & quosdam relinquere oportet. Omnium electio est non electio & Contradictorium in Apposito. Sic Apostolos Christus elegit ex cæteris, Johan. 15. v. 16. Alios ergò relinquere oportuit, & sic quorundam est electio, non omnium.

34. Contradictio virtualis apparens est, cum res in speciem inconsistentes in terminis componuntur, cum reverà benè consistere possint. Sic DEus severus & misericors, Contradictionem involvere videtur, cum severitas sit Opposita misericordia, & hac illi. Sed diverso objectorum respectu dicuntur, eorū Contradictio exspirat. Severitas ratione pertinacium peccatorum, quos tandem severe ulciscitur DEus, Exod. 20. v. 5. Misericordia ratione penitentium, & ad fædus DEI, se convertentium, quos in gratiam iterum recipit. Exod. 34. v. 6. 7. Interdum tales Contradictiones apparentes ingeniosæ admodum sunt, & à viris magni ingenij usurpata. Ita Puteanus in staterâ lit. g. ararium Hispani maximum, & quod fundo caret, exhaustum esse scribit. Videtur Contradictorium in terminis, fundo carere, & exhaustum esse.



nutriuntur
bras lucem
immenfas
oves in Br
Inexhausti
Augustin
terminus a
perta cymb
se scribit.
runt, puro
vindic. c. l
dictionem
lo, non cas
ratione ter
35. I
municatu
pluribus l
divinis id
formatis u

DE CONTRADICTIONE
 TERMINORVM APPARENTE,
 THESIS XXXIV.

Respon-
 dente
 MELCHIO-
 RE JANI-
 CHIO, Dan-
 tiscano.



Nnde Anonomus aliquis, qui Politico-
 Catholicum se vocat, in stateram Puteani
 scribens, hoc ipsum velut seipsum destruens op-
 probat: Si fundo, dicens, careat, quomodo
 exhaustum? Sed has Contradictiones erudi-
 tas vix capiunt, qui inter glandes & quercus e-
 nutriuntur. Non legerunt nuptias innuptas, Biv à Biv, tene-
 bras lucem, & circumcisionem praputium dici. Opes vocari
 immensas, quæ tamen certâ mensurâ constant. Innumeras
 oves in Britannia ali, quarum tamen definitus est numerus:
 Inexhausti laboris scriptores fuisse Varronem, Chrysippum,
 Augustinum, Origenem, aliosq; quorum tamen labores fati
 terminus abruptit. Sic Lipsius C.2. ep. 15. Duas noctes se in a-
 peria cymbâ sub puro Iove & Cælo pluvio ac ventoso dormivus.
 se scribit. Crassiusculi quidam velut contradictorium habue-
 runt, puro Iove cælum pluvium esse posse, ut Domannus in
 vindic. c. Lips. p. 59. tradit. Sed res ritè intellecta contra-
 dictionem constat. Sub puro Iove dicitur, quòd sub aperto cæ-
 lo, non casâ, tecto, domove exceptus dormierit. Cælo pluvio
 ratione tempestatis, quæ sine serenitate, & madida fuit.

35. Tali Contradictione implicantur proprium com-
 municatum, Corpus verū sine loco existens, corpus in
 pluribus locis simul divinitus statutum, Verus homo, &
 divinis idiomatibus communicatis præditus, quæ à Re-
 formatis universa, & quadam parte à Jesvitis & Papistis pro-

verisimilis terminis Contradictionem tacite involventibus ha-
 bentur, cum reverà apparenter tantum contradictionem im-
 portant, reipsà citrà eam consistent, quod ex 5. Topic. c. 30
 hauriendum erit, ubi aliquid ita uni & soli proprium esse tra-
 dit Aristoteles, ut si uni tanquam πρώτῳ δεκτικῷ & subjecto
 primo & immediatè tribuatur, alteri tamen καὶ ἄλλοι
 πρώτων, mediatè, secundariò, per aliud primum ipsi uni-
 tum tribui possit. Et quod unius proprium per se & suà natu-
 rà, alteri secundò propter illud, ipsi unicum, competere
 potest. Sic quod proprium est partis essentialis, commu-
 nicatur toti essentiali: quod proprium est generis, quã
 materiale, communicatur singulis speciebus: quod pro-
 prium est naturæ, quã materiale, communicatur suppo-
 sito, quod naturam unitam habet. Sic coloratum primò
 superficiesi inest, secundò corpori & parieti. Illi ut subjecto
 primo & immediatè, huic ut secundo & mediatè propter super-
 ficiem, quam in se habet. Hactenus ergò proprium & commu-
 nicari, oppositorem in opposito involvunt, si secundum unum
 eundemq; modum & respectum sumantur, non autem, si se-
 cundum diversum, & καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο. Sic enim, quod uni
 hoc modo est proprium, alteri diverso modo communicari
 potest. Quod uni subjecto est proprium per inhesionem,
 alteri unito communicari potest non per inhesionem,
 sed communem possessionem, usurpationem, & attri-
 butionem, quod hoc mediantè primo subjecto hac participet.
 Proprium eo modo, quo proprium est, nunquam fieri pos-
 est κοινόν, bene tamen κοινωθέν, nunquam commune, bene
 communicabile: non communicatur sub titulo proprii, sed ap-
 propriati. Commune propriè fit id, quod ut communis na-
 tura pluribus simul tribuitur, ut humanitas Petro, Paulo,
 albedo parieti, charta, linteo. Nunquam ita proprium com-
 mune

mane fiet
 subjectis
 proximig
 36.

si locuro p
 mas, pro
 spatio, v
 Chaos, M
 mundum
 seq. planu
 se cogit
 illud sit
 ente, si ve
 importat
 spatium
 porus super
 phicã stat
 tum. Co
 virtuale
 bi est, te
 est, & si
 aperit Co
 termino
 ostensum,
 37.
 mul div
 non imp
 qualicun
 corporis
 esse ita c
 Tractatu

mane fieri potest, sed ut appropriatum aliquod pluribus subjectis unitis tribuitur, ut tamen unius tanquam primi proximique subjecti proprium semper maneat.

36. Corpus sine loco existens *Contradictione carere, si locum propriè pro spatio extrà ambiente & terminante sumas, prout accuratè sumi debet, non generaliter pro quovis spatio, Vbi aliquid esse intelligitur, & rationibus & exemplis Chaeos, Mundi, supremi in mundo Corporis, molis à Deo ultra mundum ubicata, & similibus* Tract. de ess. alicubi l. 4. t. 6. seq. *planum fecimus. Omne corpus, quaecunq; sit, alicubi esse cogitur, i. e. in spatio aliquo sibi proportionato, quaecunq; illud sit; sive reale, sive imaginarium, sive in pleno & ente, sive in vacuo & nihilo. Sed nec hoc statim in loco esse importat, nisi omnia confundere velis: Nec quaecunq; spatium statim locum facit, sed spatium reale ambientis corporis superficie constitutum, si propriè & accuratè Philosophicà statuere velimus, ut c. 1. l. 4. §. 56. 57. pluribus deducam.* Corpus alicubi non existens sive nullibi existens, virtualement Contradictionem importat. Quod enim nullibi est, ne est quidem. *Quod planè non est, ne corpus quidem est, & sic corpus nullibi existens est corpus non corpus, quod apertè Contradictorium: Non autem corpus sine loco, h. e. termino extrà ambiente, hic enim verè locus, ut c. 1. §. 58. ostensum, existens statim Contradictionem corpori importat.*

37. *Similiter corpus in duobus aut pluribus locis simul divinà potentià staturum, veram Contradictionem non implicare, si loci vox Metaphysicè magis, pro spatio qualicunq;, ubi aliquid est, quàm Physicè pro termino corporis ambientis & circumscribentis sumatur, & in loco esse ita capiat, ut perfectiones, non imbecillitates admittat, Tractatu de Multiplex. t. 2. 2. seq. multis ostensum est, Corpus*

esse substantiam dicit. In duob. aut plurib. ubi esse, habitudinem ad plura spatia in eo dicit. Posse autem habitudines ad plura in re divinius multiplicari, re ipsa manente & una persistente, impossibile & Contradictorium non est, Cum longè incredibilia DEo possibilis & sine Contradictione esse credat Christianus. Ut c. l. t. 70. seq. & Tract. de Multipræs. t. 8. seq. ostensum. Corpus manet corpus. Sed cum per naturam habitudinem ad unum spatium contineat, quo ubicetur: varias ad plura habitudines sortitur per supernaturalem gratiam, in quo vera Corporis everfio & Contradictio non est. Sic corpus humanum esse, & divinam subsistentiam subsistere Contradictionem etiam secundum Reformatos, non importat. Et majus tamen est, quam corpus unum in varijs locis simul ubicari. Ita nec illud verè Contradicens est, verum hominem esse, & divinis idiomatibus communicatis prædicum esse, quia non uno eodemq; respectu ac modo dicitur. Non habet homo propria divinitatis, ut propria, ut subjectum primum, immediatum, adequatum, sic homo esse desineret: sed ut appropriata, per unionem DEI in personam factam, *καθ' αλλο*, ratione divinitæ naturæ personaliter homini unitæ, in qua homo personaliter subsistit, tanquam subjectum secundum, mediatum, possessionis, & attributionis, non inhætionis & originis. Tali modo propria divina ut appropriata habere, humanitatem non evertere ex eo patet, quòd & In subsistentia divinam possit subsistere salvam humanitatis essentiam, quod in Christo fatentur Reformati & Pontificij. Subsistentia autem divina æq; DEo est propria, ac attributa cætera, adeoq; æque difficulter humanitati alicui communicari posse videtur, ac propria divina. Communicata autem est contra contradictionem humanitati, iudicibus etiam ipsis Reformatis & Pontificijs, non quòd propria sit facta humanitati, ut primo
sub-

subjecto, q
sistere, sic
appropriat
ei unita est
constituer
Similiter n
horum hæc
38.

3. §. 6. Per
cas: Nix fir
tamen reve
ter & ex po
tionem, qu
tem affirm
quid esse dic
turalem eju
ri posse con
possibilis, s
& cum hu
non omni
nipotens
virtute un
tali causâ,
dictio, sed
tatur, qua
ipsum pro
turali cau
tradictio
traria supe
l. l. 8. 61
non alba p

subjecto, quasi essentialiter illa divinâ subsistentiâ deberet subsistere, sic enim natura humanitatis eversa esset: sed quod appropriata ei sit, quod personaliter in DEO subsistere, ei unita esse, unumq; cum eo hypostasen personale constituere debeat. Ex hoc nulla in humanitate Contradictio: Similiter nec ex attributis divinis ei communicatis. Par enim horum hactenus cum subsistentiâ divinâ est ratio.

38. Dicas cum Valentiano ex Tom. 4. dif. 1. q. 2. p. 3. §. 6. Per hoc nondum tollitur Contradictio. Nam si dicas: Nix simpliciter in suâ naturâ non est nigra, & simul tamen reverâ in suâ naturâ, sed per aliud, supernaturaliter & ex potestate divinâ, est nigra, non evades Contradictionem, quia idem de eodem secundum idem & eandem partem affirmas & negas: saltem affirmationis causam extrinsecum quid esse dicis, potentiam divinam, non naturam nivis aut naturalem ejus habitudinem: Et sic à potentiâ divinâ veram fieri posse contradictionem censes, qua tamen nulli potestati est possibilis, sed inter simpliciter impossibilia est numeranda: Sic & cum humanitas Christi in se suâ naturâ non omnipotens, non omnipræsens dicitur, & simul in se suâ naturâ verè omnipotens & omnipræsens affirmatur, sed supernaturaliter ex virtute unionis & exaltationis personalis, tanquam supernaturali causâ, non ipsius humanitatis naturâ, non tollitur Contradictio, sed esse & non esse simul de eodem subjecto simul implicatur, quamvis ex externâ & supernaturali causâ. Sed hoc ipsum pro Contradictorio habetur, quod illa ex supernaturali causâ uni simul inesse posse censeamus, & sic contradictio tolli non potest. R. 1. Quidam Scholastici contraria supernaturali potestate simul uni inesse posse docent, ut s. 1. §. 61 visum, secundum hos nix & alba per naturam sui, & non alba per supernaturalem potentiam esse poterit: Nec tamen

realem hinc illi Contradictionem agnoscunt. Idem de exemplo humanitatis Christi diceremus. 2. In se & suâ naturâ habere ambiguum est. Vel notat veritatem aliquid habendi, vel identitatem modi habendi. Priori modo *contra* unum inesse posse *supernaturali potestate* Scholasticorum doctissimi quidam concedunt, Utc. l. visum. Posteriori modo sensus est, aliquid in se & suâ naturâ habere, i. e. esse *subjectum primum, adequatum, & immediatum* ejus, quod habere dicitur. Sic neq. nix nigredinem ullâ potestate habere in se potest, non enim *πρωτον* ejus *δεξιον* & *immediatum subjectum fieri potest*, sed alienum & *praeternaturale*, secus verissima *novi Contradictio* importaretur, si & *subjectum primum albedinis* ex suâ naturâ resultantis, & simul nigredinis ex eadem resultante esset: Nec humanitas Christi propria divinitatis per ullam causam *supernaturalem habere potest*, Cum nunquam *subjectum primum propriumque eorum evadat*, sed *appropriatum & unitum*, quia *subjecto eorum proprio ac immediato, DEO, personaliter unita*, cumque eo unum compositum personale facit. Prius in se habere *Contradictionem importat*: Posterius nequaquam. Sic namq. *formandum: Humanitas Christi potentiâ & presentia humanâ est* *prædita*, ut *subjectum primum, proprium, & immediatum*. Et *potentiâ ac presentia DEO humana & mediatoria, institutis ac promissis nixâ, est prædita*, ut *subjectum secundum, appropriatum, & unitum*, quia *DEO unita est*: In his nulla realis est *contradictio*. Sic nix est alba in se, ut *subjectum primum propriumq.* Eadem non alba, sed nigra est in se, ut *subjectum præternaturaliter & violento modo constitutum*, veram *contradictionem non participant*, non enim eodem habendi *prædicandiq. modo procedunt*, quod vera *Contradictoria facere debent*, Vt l. 1. §. 25. ostensum. Hoc autem in his non fit. Confer. §. 35.

ita & Pat
vificam d
tum virin
nulla vera
endi prorsu

39.

spiritualita
citer huma
dum, quæ
non esse, ne
dam ut qu
distincōe co
ditativum
cipiendo de
dependen
ditative re
riori, nostr
justitiam,
vine conc
fenda ven
municatu,
randum no
nitas Chris
ritualis, di
quasi prop
nec ab illo
tia. Sic Cor
fit, spiritu
hec quidam
sur attribu
batio ita

Ita & Patres cum scripturâ Joh. 6. v. 51. carnem Christi vivificam docent, cum tamen subjectum primum ac immediatum virtutis vivifica non sit, sed secundum unitumq̃. Unde nulla vera est contradictio, cum modus habendi & attribuendi prorsus sit diversus.

39. De infinitate, immensitate, independentiâ, & spiritualitate, quæ peculiariter hîc moveri solent, quod simpliciter humanitatè evēriant, si ei communicata dicantur, sciendum, quædam accuratè loquendo attributa DEi dicenda non esse, ne quidem in distincto conceptu Logico, quo quædam ut quidditatem DEi, quædam ut quidditatis attributa distinctè concipere solemus: sed potius ipsum DEi esse quidditativum, Logicè conceptum. Quidditatem enim DEi concipiendo desinendoq̃, dicimus eum spiritum infinitum & independentè, & per hoc ab omni alio velut à priori & quidditativè respectu nostri conceptus eum distinguimus: A posteriori, nostro conceptu, cetera, ut omnipotentiam, sapientiam, justitiam, misericordiam, tanquam attributa quidditatis divinæ concipimus, & hac propriè inter attributa DEi recensenda veniant. Iam à proprijs divinis humanitati Christi communicatis, ad ipsum quidditativum conceptum communicandum non necessum est, nos adigi patiamur, ut ob id humanitas Christi directè infinita, immensa, independens, spiritualis, dici debeat. Aliud enim Logicè est, proprium rei vel quasi proprium ejus, aliud, essentialis & quidditativa ratio, nec ab illo ad hoc attribuendum par in omnibus est consequentia. Sic Corpus sentiens & animatum per animam rationalem fit, spiritus incompletus & forma Corporis non fit, quia hæc quidditativa anima humana sunt. Quod si omnia dicantur attributa, quomodo attributi vox late etiam pro quidditativo interdum sumitur, Vt Ir. d. Ess. alic. s. 1. t. 10. notatum,

sum,

tum: & in Christo omnis plenitudo Deitatis inhabitat, Col. 2. v. 9. sicq. & infinitas, immensitas, aternitas: In modo tamen loquendi inflectendum est, & indirectè ac deflexè de humanitate Christi dicendum, non, humanitas est infinita, immensa, spiritalis: sed subsistit subsistentiâ infinitâ, immensâ, spiritali, prædita est potentiâ infinitâ & aternâ, Dan. 7. v. 14. Non enim modi prædicandi per communicationes rerum, semper directè & casu recto procedunt, sed & sæpius indirectè ac casu deflexo. Sic materia per unionem formæ non fit forma, sed formata vel formæ juncta, & formâ prædita: ferrum per unionem ignis non fit ignis, sed ignitum aut igni junctum: Corpus per unionem animæ non anima, sed animatum vel animâ præditum & informatum, per unionem vitæ non vita, sed vivum aut vivificatum & vitâ præditum, Paries unione albedinis non albedo, sed dealbatus & albedine tactus nominatur. Idem in his denominationibus de Christo homine cogitandum, Vt pluribus alibi. Prædicatum prædicati non statim est prædicatum subiecti, nisi ubi prædicata essentialia & synonymica fuerint, qualia in his communicationis non sunt, sed per aliud. Aristot. in Categ. n. 6.

40. Photiniani pro verè Contradictorio habent, unum essentiâ & trinum subsistentiâ esse. V. Socinum in lib. quòd Evangelici, c. 4. Anonom. aliquem in Epistolâ Photinianâ, n. 16. 17. seq. Goslavium con. Keckerm. p. 42. Ex Smalcio, Anonomo quodam, & aliis similia Tr. d. esse alicubi §. 70. allegavi, ubi vide. Quòd omne trinum sit non unum, unum autem & non unum simpliciter sint Contradictoria, quæ nullâ limitatione uni subiecto conciliantur. Similiter omne unum sit indivisum in se, & summè unum maximè sit indivisum, ut DEUS. Sed quod in tres personas funditur, maximè sit divisum. Indivisum autem & divisum
unum

unum idemq̄ esse maxime Contradictorium sit, quia diviso & non diviso respondeat, qua aperte Contradicentia. Sed hic apparentem tantum Contradictionem esse ex sequentibus patet.

I. Vera Contradictio eodem considerandi modo & respectu fieri debet, ut s. i. §. 25. 26. seq. ostensum. Ita unum sub eâ ratione, quâ unum est, nequit esse trinum. In hoc enim vera erit Contradictio. Sed unum in Trinitate trinum dicitur non eo modo & respectu, quo unum est, sed diverso. Vnum ratione essentia & natura, trinum ratione hypostaseon, Subsistentiarum, modorum, & processuum in essentiâ. Aliud autem formaliter est Subsistentia natura, aliud natura ad Subsistentiam per certum modum, quem personalitatem dicimus, tracta. Velut aliud est natura humana, aliud personatus natura superaddita, quâ non solum natura, sed & natura incommunicabilis & ultimâ Subsistentiâ Subsistens est. Aliud res, aliud rei modus est. Res una esse potest: modi ejus re unicâ manente, multiplicari in eâ possunt. Sic ens ut ens unicam habet essentiam. Modi ejus determinantes ad certos respectus plures sunt, Ut perfectio, unitas, veritas, bonitas, ubietas, duratio, &c. Non hinc Contradictio in ente colligitur, quia diverso modo unum, diverso trinum aut multum asseritur. V. tr. de esse alicub. s. i. t. 13. 14. seq. Dices: Persona in divinis non realiter tamen differt ab essentiâ, sed re idem illi est. E. si multiplicentur personæ, & essentiam multiplicari oportet, quælibet enim persona est ipsa essentia cum modo suo subsistendi considerata, aut Contradictio implicatur, si essentiâ unâ persona tres asserantur. R. Hoc perindè procedit, ac si diceret: Modus entis non realiter differt ab ente, sed idem illi est. E. si multiplicantur modi, & essentiam entis multiplicari oportet: Modus enim est ipsa essentia entis, sed sub & cum determinatione suâ considerata.

secus Contradictio implicatur, si essentia entis unica, modis plures in eâ afferantur. Qui Metaphysica callent, vanissime ita inferri vident. Modus entis etsi materialiter & fundamentaliter ens sit, quia entis & in ente: Formaliter tamen & præcisivè consideratus, quatenus entis contradistinguitur, non ens, sed entis determinatio, ratio, ac modalitas est, ut pluribus c. l. dictum. Sic personalitas in divinis etsi materialiter & realiter ipsa essentia divina sit: Formaliter tamen & distinctè spectando non ipsa essentia, sed aliquid in eâ, determinatior nempe ratio & modificatio est. & in hac distinctâ consideratione malè dicas: Persona est ipsa essentia divina cum modo suo considerata. Sed potius formaliter: Persona est essentia divinæ specialior determinatio, ad certam & incommunicabilem subsistendi rationem eam determinans, quæ tanquam specialius quid communius, & incommunicabile communicabile ad contractionem essendi modum revocat. Iam tales determinationes multiplicari in re possunt, reipsâ unicâ manente, citra veram Contradictionem, Ut ex Metaphysicis constat.

41. 2. Vera Contradictio terminum negativum sensu suo in infinitum negare debet, ut nusquam sistatur, secus non est verè Contradictorius, sed velut infinitivè affirmativus, ut l. 1. §. 50. & l. 2. §. 7. 8. seq. deductum. Ita unum & non unum in infinitum unitatè negando, nusquam ad aliquid determinando, verè Contradictunt. Sed trinum non ita negat in infinitum, sed aliquid determinat in non uno, trinitatem nempe. At taliter negantia non rigida contradictoriè negantia, sed opposita vel diversa, aut disparata, non raro etiam relata tantum sunt, quæ sub diversis considerationibus & respectibus uni simul inesse, & naturaliter, & multò magis supernaturaliter, ut in mysterio Tri-

unitati creditur, nihil impossibile importat. Sic Leo & Pardus non directe sunt Contradictoria, nec Pardus Leonem in infinitum negat, sed determinando ad aliam animalis speciem, Pardum. Taliter autem negantia interdum in unum concurrere plures animalium species docere possunt, ut Leopardus, Camelopardus, Cynalopex, Tityrus, Escrocervus, Equicervus, aliq̄, de quibus Apolog. pr. Synonym. & Paronym. l. 2. c. 1. §. 3. 4. dictum. 3. Unum essentia in essentia nempe constricta & finita, nequit esse trinum subsistentia. Ob constrictiōem n. finitatis simul non nisi unum suppositum informare potest, & in Corporib. & spiritualibus patet. Sed in essentia infinita & inconstricta, qualem divinam esse Tr. d. esse alic. l. 2. c. 13. 14. docet, ita precise esse, unde revelatum habetur? Scriptura id non habet. Natura ad tam specialia in Deo non satis penetrat. E. ad minimum hoc in dubio linquendum est. infinitum unitate suo prestare potest, quod finitum non nisi multiplicitate. V. Dec. I. Miscell. d. 8. t. 5. 6. 4. Similis ratio de uno & multo, indiviso & diviso est. Omne unum sub eâ ratione, qua unum est, indivisum in se, hoc est, non a seipso separatum, sed sibi maxime junctum est. Sed alio respectu etiam divisum esse nihil impedit. Sic quæ unum sunt genere, divisa sunt specie, ut Leo & cervus in animali: Quæ unum sunt specie, divisa sunt numero, ut Petrus & Paulus sub homine: Quæ unum sunt numero, divisa sunt varijs accidentibus, ut idem Socrates modo puer & senex, vestitus & nudatus, doctus & rudis est. Quæ unum sunt principio & causâ, modis oriendi & procedendi differre possunt. Si unus fons ratione scaturiginis, ratione defluxionis rivorum in varias partes secari potest. Sic Angeli unum specie vel genere sunt, & nonnulli volunt. V. Michaëlia, th. 55. 56. Multi individuis & personis. Sic DEUS maxime est unus unitate essentia &

infinita perfectionis, non divisus. Sed processionibus & modis subsistendi ac operandi trinus ac varius esse potest. Sic humanitas Petri, Andreae, unica numero natura est. Modis varia esse potest, Ut veritate, bonitate, perfectione, Causalitate, dependentiâ, Ubietate, duratione. Anima Petri unica natura est. Sed tres modos realiter diversos habet, dependentiam, Causalitatem, & finitatem, qua non tres natura, sed eadem & unica numero ista anima natura sunt. Hic non eadem considerandi ratio servatur, eoz non quadrat Contradictio, quæ ejusdem de eodem identice sumpto affirmatio & negatio est. V. l. i. t. 22. Indivisus est Deus secundum essentiam: divisus secundum rationem processionum, qua in essentiâ distinguuntur. Etiam in naturâ unum indivisibile & singulare plurib. communicari potest. Vna indivisibilis anima rationalis plurib. membris, ut forma, unum indivisibile punctum plurib. lineis ut intrinsecus terminus, communicatur. Sic unus est Deus, Pater Christi, Joh. 17. 1. Cor. 8. Ephes. 4. Sed ab eoduz processionibus resultant, genitura & spiratura, filius & Spiritus S. Et hæc tria in admirabile unum coeunt, 1. Joh. 5. Quæ sunt ipsa incomprehensibilis Trinitas, quæ tria in uno, & unum in trinis sunt, cujus specialia in futura vitâ aliquando videbimus, hic plenariè comprehendere & designare nequimus. Ut in method. d. Trinitate plurib. dicam.

42. Ita & quod simplicissimum est, eâ ratione, quâ simplicissimum est, indivisum est. Deus autem simplicissimus est essendi ratione & essentiali perfectione, Hic nullam divisionem recipit. Sed nec processionibus distingu. posse, quod simplicissimum est, falsum est. Nam & intelligentia, angeli, sunt simplicissima forma: processionibus tamen essentialibus distinguuntur. Sic deesse illorum procedit intellectus, volun-

luntas, m
di in ange
canda ob p
endum est
sentiam &
procession
dos, quos pe
simplicitat
cundum ad
nerans dic
& spiratur
quomodo p
entia deper
sanctificat
tor, sancti
Summè u
processioni
faciunt in
Creaturas
hæc simpli
cessus inter
ne ab essen
li conturb
non triu
DEO, non
agnoscit.
rum tribus
tem simpl
plex ante
constat: si
triplicem

Exercitatio VIII.

179

Unitas, memoria intellectiva. Hic nec processus *isti negandi in angelis ob simplicitatem*: nec simplicitas *in dubium vocanda ob processuum varietatem*, sed utrumq; de illis *confirmandum est*. Idem de DEo habendū, qui & *simplicissimus ob essentiam & perfectionem essentialem esse potest*; & *multiplex processione*, tanquam à principio uno in tres procedendi modos, quos personas vocamus, divisus. Processiones hæ nihil de simplicitate DEi tollunt, sive fiant ad intra, quomodo secundum actionem in agente manentem processio fit, ut cum generans dicitur Deus, & hinc Pater, generatus, & hinc filius, & spiratus, & hinc Spiritus S. denominatur: sive ad extra, quomodo per actionem ad res externas latam fit, ut cum creatura dependentia, & hinc Creator, cum redimit homines aut sanctificat sibi in populum, & hinc Redemptor, prædestinator, sanctificator, vocator, glorificator, &c. denominatur. Summè unus & simplex manet essentia, & absolute: Trinus processionibus internis & relatè, quæ subsistentias diversas faciunt in simplicissimâ illâ essentiâ: Multiplex externis, quæ Creaturas à Deo diversas variisq; in illis modis faciunt. Aeq; hæc simplicitatem essentia in Deo tollere nequeunt, ac nec processus intelligendi, volendi, & memorandi, simplici emanatione ab essentiâ angelicâ fluentes, simplicitatem essentia in angelis conturbant. 5. Accuratè loquendo uni oppositum est non trinum, sed triplex sive triplum, quod nomen nos in DEO non agnoscimus, ut nec Augustinus l. 6. d. Trinit. c. 8. agnoscit. Triplex enim & triplum trium essentiarum vel rerum tribus essentijs distinctarum complexum notat. Deus autem simplex sine complexu diversarum essentiarū est. Triplex autem propriè opponitur uni. Nam ut unum unâ essentiâ constat: sic triplex triplâ vel triplici. Nos autem non DEum triplicem veneramus, sed trinum. Dichte dreyfaltigen / Sono-

dem dreyeinigen Gott. Unde Lutherus in Postillâ majore;
*Non est elegans Germanismus, ait, Dreyfaltigkeit. Et in Ecclesiâ
 satius esset pro Dreyfaltigkeit adhibere Dreyeinigkeit. Quod
 & Gerhardus Exeg de Trinitat. c. 2. n. 67. Et Christ. Mac-
 chias Colleg. 2. Antiphot. d. 2. q. 4. t. 9. aliq̄, fatentur. Re-
 t̄eḡ Lutherus in hymno, O lux, beata Trinitas, Der du bist
 Drey in einigkeit / versit. Unum namq̄; Deum colimus de
 Numine trino, ut Prudentius præf. Psychomach. canit.
 Sic ens unum essentia, & simul trinum in modis & determi-
 nationibus, Vno, vero, Bono, est. Sed triplex vel triplum pro-
 priè non est, nisi tres separatas distinctasq̄; essentias in modis
 haberet, quas non habet, cum modi alie entis essentia non sint,
 sed unum ipsumq̄; ejus esse sub diversis habitudinibus apprehen-
 sum. Ut plurib. c. l. de Ess. alicubi dictum. Conf. t. 40.*

43. Idem Photiniani pro Contradictorio habent, quòd
 Christum naturâ simul DEum & hominem credamus, cum
 DEus sit non homo, Homo autem & non homo verisimè sint
 Contradictoria, in æternum simul impossibilia. Sed ex §.
 40. dictis apparet, & hic veram Contradictionem non esse.
 Homo & non homo, in infinitum hominem negando, nusquam
 sistendo, aut ad speciale quid, v. g. arborem, leonem, aurum,
 &c. determinando, vera Contradictoria sunt, sic enim negatio
 Contradictoria intelligi & extendi debet. Sed Deus non est ita
 non homo, ut in infinitum negatio extendatur, sed ut in
 aliquâ determinatâ re, DEO, sistatur. Hoc autem non termi-
 nos propriè Contradictorios, sed disparatos vel contrarios in-
 fert, qui Contradictionem nondum faciunt, & vel per natu-
 ram, vel supernaturalem vim ad unum subiectum uniri possunt.
 Sic in leopardo leo & pardus, Camelopardo Camelus & par-
 dus, equiceruo equus & cervus, cynalopece canis & vulpes, es-
 jam per naturam conveniunt. Si leonem non pardum, & par-
 dum

dum non
 Contradi-
 falsum dic-
 talis notat
 si unitt fu-
 Logicis an-
 cui; Non a
 vinceris,
 Physica in
 tualem ad
 nis maner
 tum, & sit
 tem aliqu
 extracsten-
 rere, & aff
 minus hoc
 Quam &
 mul conc
 firmatur,
 44. I
 fencia uni
 num sit al
 prioris ser
 equus cerv
 ant equi &
 non cervu
 Contradict
 nullo alio
 rant, ut eq
 extracsten-
 quam sit p

*dum non leonem, non Camelum, cervum non equum, adeoq̄
 Contradictoria dixeris, quae coire nunquam possint, & Logicè
 falsum dices, cum termini propriè disparati substantias dispa-
 ratas notantes sint, qui & uniri inter se quandoq̄ possint, &
 si uniti fuerint, de nominativè de se affirmari queant, ut in
 Logicis amplius disceptari solet, & Tr. d. syn. & Paron. do-
 cui; Non autem Contradictorij: & Exemplis Naturæ falsi re-
 vinceris, cum substantias disparatas in exemplis istis convenire
 Physica in animalium doctrinâ omninò docere possit. Si vir-
 tualem ad minimum Contradictionem in talibus termi-
 nis manere dixeris, cum omnis cervus virtute excludat hir-
 cum, & sit non hircus, non equus: tales terminos virtute fal-
 tem aliquam contradictionem involventes quandoq̄
 extraessentiali unione aliquâ ubi unita fuerint, concur-
 rere, & affirmatè de se enuntiarî posse memineris, adeoq̄
 minus hoc potestati divinæ denegandum esse cogitandum eris.
 Quam & contraria in excellentibus gradibus uni subjecto sè-
 mël conciliare posse Philosophis quibusdam non absurdum æ-
 stimatur, de quo I. §. 61. dictum.*

44. Deinde virtualis illa Contradictio in eo est, ut es-
 sentia unius non sit essentia alterius, nec essentialiter u-
 num sit alterum, sed diversum ab eo, adeoq̄ negationem
 prioris semper involvat. Sic cervus nunquam est equus, aut
 equus cervus, h. e. essentia cervi nunquam est essentia equi
 aut equi & cervi simel, sic semper cervus non equus, & equus
 non cervus essentialiter est maneq̄. Nec ita in nostris exemplis
 Contradictoria concurrunt, sed æternum distincta manent. Sed ut
 nullo alio modo, ne extraessentiali quidem, illa concur-
 rant, ut equus nunquam sit cervus sc. in uno communi subjecto
 extraessentialiter unita, & denominativè predicata, leo nun-
 quam sit pardus denominativè & ratione unius subjecti, canis

nunquam vulpes in uno subjecto, id virtualis illa Contradictio non infert, & salvâ essentiali diversitate naturarum, quam Contradictio infert, extraessentiali modo in uno subjecto illa uniri posse *exempla* & Physica & Theologica, & substantialia & accidentalialia *docent*. De Physicis modo *dictum*. Ex Theologicis *in Christo*, homo non est Deus, h. e. *essentia hominis nunquam fit essentia Dei, sed æternam essentiam ista distincta manent*, & hoc vult virtualis illa Terminorum, homo & DEus, Contradictio, quâ semper homo non DEus, DEus non homo, essentialiter nempe, manet. Interim alio, quàm essentiali modo, ea in unum subjectum nunquam concurrere posse, inde non sequitur. Et sic ea ad unum personale personaliter uniri, & consequenter extraessentiali habitudine, quæ specialiter personalis vocatur, de se affirmari in Christo, ex fide credimus, ac consequenter, DEus est homo, & hoc est DEus, dicimus, non essentialiter, nec compositum essentialiter, nec unio essentialis sunt: sed extraessentialiter & denominativè, & in specie ac Theologicè personaliter, nam & totum compositum ex naturis personale totum est, & unio inter naturas personalis, & partes personales ac personalem habitudinem consentiendi ex unione ad se habentes sunt. Similiter in accidentalibus unitis, ut albo & dulci, flavo & dulci, album nunquam est essentia dulcis, nec dulce albi: sed album essentialiter non dulce dulce non album ex se & essentiâ suâ præcisè spectata manet, & hoc virtualis illa Contradictio in albo & dulci, flavo & dulci latens, importat. Sed nullo alio extraessentiali modo illa in uno subjecto concurrere, & denominativè prædicari posse, inde non sequitur, nec cõtradictio illa id impedire potest. Sic enim in melle flavum per unionem ad idem subjectum simul & dulce, & dul. simul est flavum. In saccharo album est dulce, & dulce album. In quibusdam compositis, Chymicis, & contraria secundum
alias

alias & ali
Chymico
gregantur.
coagulans,
gens, acre
calidum, f
nem prædic
manifeste c
obtinere vis
sunt.

45. L
quod DEum
peccata, &
ne remisisse
si satisfacti
tradiçtoris
in Catech.
prælectio
c. 36. inst
mannum
Frant. d.
p. 30. Item
Crellium
& hæc ben
aliquid re
do, & fac
stunt, se
Vel gratia
tu remittit
tuõ contra
paratè, &

alias & alias partes de uno subjecto interdum affirmantur, quia Chymico artificio contraria virtutes ad unum subjectum aggregantur. In his interdum dulce & amarum, resolvens & coagulans, incrasans & subtilians, dissipans & constringens, acre & lene, austerum & jucundum, frigidum & calidum, siccum & humectans, simul citrà Contradictionem predicari de uno possunt, & si non disparata solum, sed manifestè contraria sint, adeoq; plus Contradictionis virtualis obtinere videantur. Exempla dec. 1. Misc. d. 2. t. 17. adducta sunt.

45. *Etiam id pro Contradictoriis habent Photinista, quòd DEum gratis & ex solà misericordià nobis remisisse peccata, & interveniente tamen plenarià Christi satisfactione remisisse credamus, cum tamen gratis remittere, & non nisi satisfactione & perfoluto lytro ac pretio remittere, Contradictoria & prorsùs inconsistentia sint. Vide Racovieneses in Catech. p. 262. Socinum part. 3. d. Servat. c. 1. 2. & in prælectio: Th. c. 17. 18. ut & Instit. relig. p. 76. Ostorodum c. 36. instit. §. 3. & p. 3. contra Tradelium, c. 1. p. 211. Stegmannum in probà c. 13. p. 483. 484. Smalcium. c. D. Frant. d. 4. t. 93. 123. & refut. Orat. Vogelij & Peuschelij p. 30. Item refut. ad nova monstra Smiglelij, p. 4. c. 32. 33. Crellium cont. Grotium de satisfact. c. 1. 2. 6. aliosq; Sed & hæc benè consistunt, si distinguenda distinguantur. Gratis aliquid remittere, sc. absolutè & simpliciter omniq; modo, & satisfactione præstità remittere, simul non consistunt, sed perpetuò sibi tanquam Contradictoria repugnant. Vel gratis remittere, & satisfactione proprià ejus ipsius, cui gratis remitti dicitur, remittere, nunquam conveniunt, sed perpetuò contradicunt. Sed gratis remittere quadantenus & comparatè, & satisfactione præstità remittere, benè secum con-*

sistunt. Gratis remittit nobis DEUS peccata, nostri propria ratione & priorum meritorum ac operum respectu, nostramque satisfactionem à nobis ipsis non praestitam, quia nihil remissionis peccatorum aut fide, aut operibus, aut propria satisfactione promeriti sumus, nihilque in nobis ipsis extra Christum spectatis DEUS invenit, cujus intuitu aut dignitate nobis peccata remitteret. Sed non gratis remittit Christi comparatione, hic enim sanguine suo nos emit, tanquam pretio non corruptibili, quale aurum & argentum est, I. Pet. I. v. 18. 19. Apoc. 5. v. 9. Et quem constituit DEUS ἰλαστήριον in sanguine ejus, Rom. 3. v. 25. Quisque animam suam λύτρον & ἀντίλυτρον dedit, Matt. 20. v. 28. I. Tim. 2. v. 6. In quo ἀπώτερον habemus, Rom. 3. v. 24. Tit. 2. v. 14. Hujus respectu tanquam satisfaciens remittit: Nostri respectu gratis & ex mera misericordia, quamvis illa non absolutam, sed meritum Christi respiciente, in eoque fundatam.

46. Dices: Sic magis sibi suaeque causae & justitiae DEUS prospexit, quam nobis, nec laudem tantae misericordiae inde reportavit, quantam Scriptura in remissione peccatorum ei tribuit. *Non est infinita gratia, si Creditor alium ostendat, qui sibi satisfaciat loco debitoris, & sic hic dimittatur. R.* Ab ultimo fine & intentione magnitudo gratiae est aestimanda. Ob quod enim aliquid tale, id magis probabile est esse tale. *Voluit Deus justitiam suam satisfactam, ut salvam eam nostri miseremur, & peccata nobis remittere posset. Ultimus finis fuit, ut nos iterum reciperemur. Et sic magis in toto hoc negotio nobis, quam sibi consuluit. Ultimò & principaliter nos restitutos voluit, ob id omnia caetera media destinata, & procurata, & assumpta. Quod de ultimo fine isto cogitaveris, mera ipsius fuit gratia, nulla nostra dignitas, aut meritum, aut occasio. Nec hic DEUS, ut nudus Cre-*

Cre-

Creditor
Judex &
justitia no
tur debita
Publicos
Tim. 2. v

47.

numero
commun
docemus.

tur, ut tot
singulare

plius divi
non singu
lavius p.

c. i. Smal
append.

verè esti
ribus nu
ri, contra

enim essen
tipler. S
diversis, n

ficatus com
vat, eum

positivum
talem di
supposita
tantum n
& essen
entia nata

Creditor pecuniarius & privatus, sed ut justus & publicus
 Judex & vindex, ac exactor legis suae spectandus, qui salvam
 justitiam non potest ita absolute misereri peccatorum, ut Credi-
 tor debita remittere potest. Justitiam enim suam negare, &
 Publicos peccatores impunitos relinquere non potest. 2.
 Tim. 2. v. 13.

47. Etiam hos terminos contradicentes ajunt, unum
 numero & singulare esse, & simul pluribus suppositis
 communicabile esse, quod utrumque nos de essentia divina
 docemus. Quidquid enim in plura ejusdem nominis ita dividi-
 tur, ut totum tamen sit in singulis, non unum numero, & non
 singulare est, hoc enim in plura inferiora ejusdem essentiae am-
 plius dividi non debet. Ita essentiam divinam & singularem, &
 non singularem fieri, quod aperte Contradictorium. Ita Gos-
 lavius p. 1. c. Keckerm. p. 4. Crellius l. 2. d. uno DEO, s. 3.
 c. 1. Smalcus l. 1. d. error. Arian. c. 18. Moscorovius in refut.
 append. c. Smiglec. p. 33. Socinus, aliique. Sed & hoc, si
 verè aestimetur, sine Contradictione est. Unum numero plu-
 ribus numero seu essentia numerica diversis communica-
 ri, contradictio est, & naturam singularitatis evertit. Sic
 enim essentia una numero non manet una numero, sed fit mul-
 tiplex. Sed unam numero essentiam tribus tantum suppositis
 diversis, una eademque numero essentia gaudenibus eorum identi-
 ficatis communicari, essentia singularitatem non tollit, sed ser-
 vat, cum numerica unitas non absolute hypostaticam vel sup-
 positivam distinctionem, sed tantum entitativam seu essen-
 tiale divisionem neget, & essentialis identitas non statim
 suppositivam diversitatem tollat. Suppositorum divisio est
 tantum modorum & subsistentiarum divisio, in qua res ipsa
 & essentia una numero & indivisa manere potest, quomodo in
 antis naturam simile quid supra §. 39. 40. observatum. Et qua

multiplicatio non ipsarum essentiarum divisionem importat, ea unitati singulari essentiae non obstat.

48. *Dices*: Adhuc non sublata est Contradictio. Nam si essentia divina realiter idem est cum tribus personis realiter inrer se differentibus, necesse est unam rem, eandem cum tribus distinctis rebus esse. *Quod verò idem cum tribus distinctis rebus est, id tres esse res necessum est.* Quod verò tres res est, & simul una numero res est, una essentia & non una, sed multiplex est, quod verissimè implicat Contradictionem. R. Ambiguitas est in terminis, idem esse realiter, & distincta esse realiter. *Idem realiter dicitur, vel quod una tantum res est, non plures, vel quod omni modo una res est, ut nulla prorsus in eâ sit distinctio, nec in eâ plura diversa sint, plus quam solâ ratione differentia. Sic & distinctum realiter dicitur vel strictè, quod ut res & res strictè dicta differt, vel latè, quod ante mentis operationem distinctum est. Quod primo sensu idem realiter est, id realiter distinctum esse nequit eodem sensu sumendo, ut plures res sit. Sic persona divina, quia unius essentia sunt, hoc sensu realiter distincta esse non possunt, ut plures res & essentiae sint. Sic quoad essentiam eadem inter se sunt, sunt n. una eademq. essentia, unus Deus. Ita Damascenus negat personas differre realiter, i. e. essentialiter, nec Nos personas ita tres res distinctas esse affirmamus.* Quod secundo sensu idem realiter est, id simul plures res, non essentialiter rem sumendo, sed modaliter, citra Contradictionem esse potest. *Non enim hic pluralitas rei vel essentiae precisè importatur, qua Contradictoria est unitati singulari, sed modorum s. processuum in unâ essentia, quae non res strictè dicta, sed latè sunt, i. e. rei modi & determinationes.* V. r. 46. Res hic suppositalem subsistendi rationem, non radicalem essendi formam notat. V. d. eff. alic.

alic. s. r. t.
modo cor
mni scil. r.
ter se fun
negabimus
tura, quan

49.
tem alteri
tant. Quod
sistentiam
compositi
factam esse
ne sit pars
pletam, &
debeat, q
partem ali
s. r. c. 6. l. 2
tur Golla
rà Contr
persona, i
quasi illi e
nare non p
stentia ult
tima & in
persona co
natum est
rium. Sed
tura com
est in offic
terminum
ut homin

alic. s. i. t. 10. II. 12. seq. *Vnde argumentum ipsum totum hoc modo corrigendum est: Quæ uni rei realiter sunt eadem omni scil. modo & ratione, etiam omni modo eadem inter se sunt. Sed ita personas divinas essentia divi. eadem esse negabimus. Ad minimum n. ratione differunt, ut modus à naturâ, quam modificat.*

49. *Similiter in his terminis, personam esse, & partem alterius esse, virtuales Contradictiones contineri putant. Quod in personâ Christi Verbi personam in suam subsistentiam humanam naturam assumpsisse, & sic partem compositi personalis ex DEo & homine constituti, Christi, factam esse docemus, cum tamen de ratione personæ sit, ne sit pars alterius, sed suppositum omne ultimata, completam, & incommunicabilem suam subsistentiam habere debeat, quâ alteri naturâ amplius communicari, & cum eâ partem aliquam compositi constituere non possit. Ita Crellius l. 2. c. 6. l. 2. de uno DEo. Aliaq; incommoda hinc deducere conatur Goslavius p. 3. con. Keckerman. c. 5. Sed nec hac in verâ Contradictione sunt. 1. Suppositum omne, & sic etiam persona, incommunicabile quid est, non respectu naturæ, quasi illi communicari nequeat, ut eam in se recipere ac terminare non possit: sed respectu subsistentiæ, quod aliâ subsistentiâ ulterius terminari non possit, sed hac ratione ultima & incommunicabilis ipsa sit subsistentia. Vnde alij persona communicari nequit, fieret enim, quod ultimò terminatum est, adhuc ulterius terminatum, quod verè Contradictorium. Sed non incommunicabile dicitur, quod alteri rei aut naturæ communicari nequeat, hoc enim perfectionis alienius est in officio personalitatis humana, ut ex vi ejus, sicut per terminum & complementum aliquod substantiale cohereat, ut humanitas aliqua singularis in rerum naturâ existat, & con-*

sequenter persona divina non negandum, qua infinito modo omnem perfectionem personalitatis humana prestare potest: sed quod ulterius in sese & existentiâ suâ terminari non possit, sed ultimò terminatū sit, ac natura, cui communicatur, existentiâ ultimò terminet. Sic anima separata à corpore vera persona & ultimū subsistens est, quod periculosè à Nonnullis negatur. In unione tamen ad corpus eidem hypostasim suam communicat, & cum eodem unum compositum personale totale constituit, nec tamen per istam communicationē suam incommunicabilitatem vel subsistentiam deperdit, sed retinet, cum ipsa ultrâ non terminetur, sed potius terminet corpus, cui re unitur. Iam, quæ communicatio non efficit id, ut suppositum ultimam terminationem propriam amittat, & per aliud quid, tanquam subsistentiam, terminetur, id propriam suppositi incommunicabilitatē non tollit, & consequenter veram Contradictionem ei non importat. Hoc enim sensu incommunicabilitas suppositi & persona intelligitur. At hoc non tollitur, cum alteri natura communicatur, & ejus ultima terminatio sit? Retinet enim formalem ultimamq; suam subsistentiam, per quam alterius subsistentia terminum nascisci nequit. E. nec Contradictionem suppositi hoc importat.

50. 2. Persona nequit esse pars, scil. in ratione ipsius subsistentiæ alienæ, ad quam, tanquam pars aliqua trahatur, ut ultimam terminationem ab eâ sortiatur, quasi per se incompletum aliquid fuisset, quod completionem ab alio adhuc terminante sortiri opus habuisset. Sic Nos non docemus, hypostasim verbi partem hypostaseos carnis esse, vel ex suâ & carnis hypostasi constari, Cum caro propriam hypostasim non habeat, sed una eademq; Verbi & carnis sit hypostasis, Verbi propria, carnis appropriata, illi per se & primò competas, huic per aliud & secundò, assumptionem nempe in
Ver-

Verbum: B
positi ex
potius divin
homine com
quo pars in
fit: Sed late
integritatem
tem person
universalem
Vnde Scho
numeri, no
duobus ori
cise pro rebu
tū, non im
propriam,
non Physicas
ex Papis
p. 8. & T. 4
Sch. c. 6. q.
mandum L
Marr: p. 49
sched. q. 17
Top. n. 45. l
Goclenium
t. 52. aliosc
totalis comp
persona eff
nem subsiste
ntio ad temp
nationis pa
nationem ul

Verbum: Benè tamen persona pars in ratione totius compositi ex diversis constituti esse potest. Sic persona Verbi vel potius divinitas Verbi, altera pars personalis Christi, ex DEO homine compositi est, non strictè & Physicè partem sumendo, quo pars incompletum quid est, & extra totum verè non subsistit: Sed latè & Logicè, quomodo omne id pars dicitur, quod ad integritatem alicujus concurrat. Unde cum additamento partem personalem vocamus, non essentialem, integram, vel universalem, qua incompleiones & imperfectiones important. Unde Scholasticorum quidam compositionem ratione numeri, non partiū, dixerunt, quæ incompleta. Sic magis ex duobus totis, quàm partibus, Christus constat, si partes præcisè pro rebus incompletis sumantur: nempe ex pluribus distinctis, non imperfectis. Alii compositionem analogicam, non propriam, vocant: Et partes Logicas in Christo ac scheticas, non Physicas & imperfectionem importantes alijs agnoscunt. Vide ex Papistis Thomam p. 3. q. 2. Valentianum T. I. d. I. q. 3. p. 8. & T. 4. d. I. q. 1. p. 2. & q. 2. p. 4. Becanum p. 3. The Sch. c. 6. q. 3. Tiphani d. personâ c. 65. Ex Nostris Brochmandum L. C. de Christo c. 8. q. 14. D. Mentzerum Anti-Mart: p. 49. Meisnerū disp. 9. Christol. r. 28. Finckium p. 2. sched. q. 17. Scheiblerum l. 2. Metaphy. c. 3. n. 283. & c. 86. Top. n. 45. Ex Reformatis Alstedium l. 4. Th. Schol. c. 5. §. 2. Goclenium p. 2. Miscell. p. 50. 51. Bergium anal. d. P. C. t. 52. aliosque. Sic angelus corpus ad tempus assumens, pars totalis compositi per accidens analogicè dici potest, non ob id persona esse definit, quia propriam & ultimam terminationem subsistentiæ propria non amittit, etsi eam cum corpore unito ad tempus communicet. Persona nequit esse pars, terminationis passivæ respectu, ita ut terminetur ab alio, & terminationem ultimam non à seipso habeat: benè tamen activæ,

ut & aliam adhuc naturam terminet, cum eâ communicetur, & sic totum compositum aliquod constituat. Verbum non terminatur in Christo ab humanâ naturâ, sed eam terminat: suam hypostasim tantum cum illâ communicat, ut tamen tanquam sibi propriam eandem retineat. Una in Christo Persona est, terminans & divinam naturam essentialiter, & assumptam humanam personaliter, Vt ex duab. totum ipsam Christus sit, ante unionem simplex, post ex DEO & homine aggregatum, ut alibi latius docebitur. Hoc modo simplex suppositum pars suppositi ex duob. constituti esse potest terminatione, ut & propriam sibi substantiam retineat, & aliam naturam simul in se recipiat, eamq. terminet. Nec Christus tertium quiddam ex duobus resultans, & ab ijs re diversum est, non ex diversis diversum, & alijs aliud: sed ex duobus unum, & diversis idem cum illis. Persona enim composita ipsa bina natura unita est, non aliud ab eâ. Formaliter diversum quid ab illis est, indeq. diversa predicata formalia admittit, que non bina natura etiam unita admittunt, non realiter, ut pluribus alibi monebo. Sic ferrum sine igne per se est suppositum, sed simplex: cum igne est etiam suppositum, sed compositum & ex duobus aggregatum. Simplex autem suppositum pars suppositi ex duobus aggregati esse potest, non terminatione passiva, sed activâ, quâ & propriam sibi suppositivam retinet, & diversam naturam simul in sese recipit, unde suppositum compositum ex diversis exurgit.

§ I. Hactenus divisio Contradictionis in complexæ fuerit, ejusq. exempla. Succedant affectiones. De Contradictionis expressæ affectionibus supra § 25. 26. visum fuit. De opertæ affectionibus hac tenens possunt. 1. Contradictio in apposito, ut vocant, negationem continet, sed implicitam, & in sensu vocum, non sono. Inde q. ut eruat, scrutinio

& labore a
titur, ac f
prodit. 2. C
curibus hu
bus eam au
quia ipsa ver
tionis vel te
sunt. Hac en
pos. Enunc
12. 13. 14.
Contradicti
dat, & tam
dem esse d
qui non sit
esse, Term
sunt. V. S. 1
firmatè co
tum sensus
dubio omni
Benè Con
vera sit, a
verâ ab in
riis Contra
meritas, u
pistæ pro
nâ justitiâ
tum tantu
nente mat
ribus just
sere posse
speciem

& labore aliquo opus est, non ita aperte facileq; animadvertitur, ac formalis, quæ aperta termini ejusdem negatione se prodit. 2. Contradictio in appposito sæpè in scriptis aut discursibus humanis contingit, etiam non animadvertentibus eam authoribus. Divinorum scriptorum alia hic ratio, quæ quia ipsa veritas, sapientia, & scientia divina sunt, Contradictionis vel terminorum, vel enuntiatorum capacia esse non possunt. Hac enim semper falsitati alicui juncta est, ut l. 1. de Oppos. Enunciat: amplius patebit. Sic Cic. l. 1. Tusc. Quæst. §. 12. 13. 14. Atticum Epicureum redarguit, quod virtutalem Contradictionem commiserit, dum mortuos non esse contendat, & tamen miseros esse asseveret. Quem esse negas, eundem esse dicis. Cum enim miserum esse dicis, tum eum, qui non sit, esse dicis. Sic donum DEi esse, & opus carnis esse, Termini virtualiter Contradicentes, & simul impossibiles sunt. V. §. 12. 3. Qui terminos virtute Contradictorios affirmatè combinat, sine dubio falsum dicit. Dicit enim, cum sensus evolvitur, aliquid esse & simul non esse, quod sine dubio omnium falsorum maximum & absurdissimum est. 4. Benè Contradictio virtualis observanda & resolvenda, an vera sit, an apparens duntaxat. Sæpè apparens est, & pro verâ ab ingenio humano arripitur. In primis in divinis materiis Contradictionum sibi fingendarum ferax est humana severitas, ut exemplis §. 34. 35. seq. planum factum est. Ita Papistæ pro Contradictentibus habent, verè justum esse, & alienâ justitiâ imputatâ justum esse, verè peccata remitti, & reatum tantum eorum tolli, cætera regi, ne imputentur, ac manente materiali, sed non pro peccato imputato: Fide sine operibus justificari, & fidem veram nunquam sine operibus existere posse, similiaq; verarum Contradictionum postulant, quæ speciem tantum earum habere, non soliditatem, in Theo-

logicis amplius ostendi solet, & ex l. 1. de Opposit. Enunt. quadam patet, quandoquidem ad tota enuntiatia contradictianes virtuales hic contenta, ut ipsi censent, hic devergent, Vt & §. 12. notatum fuit.

§2. Sic & affectiones contradictionis virtualis, & consequenter absolutè Contradictio Term. spectata. Relativè spectari possit convenientiæ & discrepantiæ ratione. Convenientiæ cum oppositione enuntiativa. Cum eâ convenit, quòd ut enuntiativa Contradictio operatio Logica est, sic & terminorum seu incomplexa. Ut illa noëma aliquod à Logica supeditatum est: sic & hac. Ut illa usum in terminorum compositione aut divisione obtinet: sic hac in objectivâ rerum apprehensione. Ut illa verum à falso in enuntiando dividit, nec utrumq; enuntiatum verum aut falsum simul esse patitur: Sic hac idem in Terminis facit, & quodvis objectum aut sub uno Contradictionis membro, aut sub altero comprehendit, nulum vel neutrum inter utrumq;, vel simul de utroq; participans admittit, Vt l. 1. §. 40. 41. seq. visum. Discrepantiæ ab eâdem, & terminorum reliquâ oppositione & consensione, ut & termino infinitè affirmante. Differt Contradictio terminorum à Contradictione Enuntiatorum, ut illa simplex & incomplexa in subjectis tantum apprehensis est: Sic hac complexa in objectis secum compositis, aut à se divisis. Ut illa partis prima Logices & simplicis operationis est: Sic hac secunda, & composita operationis. Ut illa veritatem determinatè per affirmationem aut negationem prodit: sic hac eandem simpliciter in objecto saltem sub altero Contradictoriorum apprehenso sistit & representat. Ut illa ad usum discurrendi à Contradictorijs proximè & immediatè applicatur, cum ex propositionibus proximè constituitur discursus: sic hac remotè & mediatè ad eundem facit, quâ in enuntiativis termini Con-

tradictorij
aliquid esse
non esse.

53.

trariâ, pri
quòd prin
iter imme
ratione, et
tim, quòd
complexa s
damento in
minorum
indirecta,
num disjun
immota er
simpliciter
abundè pat
ut illa ter
consentane
Spiritus in
hac termi
ros offert,
Vt, homo,
talis, &c.
8. & l. 1. §.
rat. §. 7. 8.
54.
rum Enu
do duo
mul, & n
mandato

tradictorij interdum continentur. Ut si dicas: Impossibile est aliquid esse & non esse. Sed homo, Deus, est. E. imp. est eadem non esse.

53. A cæteris terminorum oppositionibus, ut contrariâ, privativâ, & relativâ differt Contradictio, partim quòd *prima, simplicissima, directissima, amplissima, simpliciter immediata & generis & subjecti, & mutua dependentia ratione, aeternum disjuncta, & simpliciter impossibilis sit.* partim, quòd *apertissimum & certissimum eruenda veritatis, sive complexa sive incomplexa apprehensionis, medium sit, ac fundamento immoto & aeterna veritatis nitatur, cum cæteræ terminorum oppositiones & secundariæ, magis dependentes, indirectæ, specialioribus terminis proposita, mediata, non aeternum disjuncta aut simpliciter impossibiles, nec tam directæ & immota eruenda veritatis media sint, nec fundamento adeò simpliciter immoto nitantur, quæ omnia ex l. 1. § 39. 40. seq. abundè patebunt.* A terminorum consensione differt, quòd ut illa terminos aut Synonymicos, aut paronymicos, amicos & consentaneos jungit, ut *homo & animal rationale, Deus & Spiritus independens, homo albus, animal volans, &c.* Sic hæc terminos in infinitum inimicos, & nullâ potestate consensuros offert, non ad affirmandum, sed vehementissimè negandû. *Ut, homo, non homo, Leo, non Leo, Leo rationalis, homo brutalis, &c. quæ in aeternum non consentire poterunt.* Conf: §. 7. 8. & l. 1. §. 50. A Termino infinitè affirmativo quid differat, §. 7. 8. seq. est ostensum.

54. Ita Terminorum Contradictio fuerit: Totorum Enuntiatorû est, quæ in integris Enuntiativis fit, quando duo Enuntiativa idem eodem planè sensu affirmant simul, & negant. *De hujus Contradictionis Definitione, formati modo, Varietate, Veritate, Certitudine, exemplis, utra-*

litate in arguendo, & similibus, quia varia inquiruntur & discutuntur, peculiarem Tractatū sibi poscere non injuriā videntur. Eoq; ad Tractationem aliquam de Oppositione E-nunciatorum totam eam rem Cum DEO remittimus, eamq; post hunc Tractatum occasione suppeditante, in publicum dabimus. Hic hujus Tractatus cum DEO finis esto.

Auctarium.

Ad th. 45. s. 2. hoc adde. Ita, si quis justè in carcere teneatur, & interventu alieni ac gratuiti satisfactoris pro sese gratiam iudicis nanciscatur, qui satisfactione eā accepta, cum posset respuere, liberatum eum dimittat, utiq; gratis liberatus ipse dici potest sui ipsius respectu, quia nec ipse aliquid persolvit iudici, nec gratiam ejus promeruit, nec gratuitum satisfaciendum permovit, Nec quidquam, quo ad liberandum sese iudicem flecteret, peregit. Etsi satisfaciens pro ipso respectu non gratis absolute, sed persoluto pretio dimissus est. Et hoc etiam gratia est, si iudex de medio satisfaciendi iustitia cogites, illud procures, offerat, & prestitum ab alio gratiosè acceptiles. Quæ omnia in DEO, filium universo mundo pretium dante, locum habere scimus, qui pretium ut alienum respuere, & proprium requirere ex iustitiā potuisset. V. Ezech. 18. v. 4. seq. Jerem. 31. v. 30. *Ut Vindex legis sue, & exactor iustitiæ aut panæ, qui seipsum & iustitiam suam negare non posses, nec satisfaciendi rationem offerre, nec acceptare, sed iustissimè nos ob offensas damnare, secundum illud Ezech. 18. Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur, potuit. Sed secus universa egit: & quòd egerit, mera ejus in nos est misericordia. Sic si Victor patrem loco filij mortuolentem, in captivitate acceptes, peculiaris clementiæ est, Cum rigido jure respuere possis.*

Gloria in excelsis DEO.


amno

emis-
an se-

, vel
a non
n sub-
pro-
qvar-

207

YH5.







Biblioteka Jagiellońska



stdr0019291

